Nº 3

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 30
Tabla
Número H.

3
26-12

21885

del Colegio de la Compañia de Jesus de Granada

A-10207 B.ª

COMMVNIVM OPINIONVM SYNTAGMA,

SIVE,

RECEPTARVM I. V. SENTENTIARVM,

Ex { ANTONIO GABRIELIO, & IOSEPHO LVDOVICO Asisiensi collectarum.

TOMVS TERTIVS.

LVGDVNI,

M. D. LXXXIIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

INDEX RVBRICARVM,
QVÆ IN CONCLVSIONIBVS
Ant. Gabrielij hoc Tomo continentur.

Liber j. Probatoriam materiam continens, subsequentes Rubricas complectitur.

De Probationibus. fol. 1
De Præsumptionibus. 15
De Testibus. 32
De Confessis. 61
De Fide instrumentorum. 66

Lib. ij. Iudiciariam materiam explicans, has Rub. concipit.

De Iudicijs. 67
De Arbitris. 73
De Actionibus. 77
De Exceptionibus. 84
De Citationibus. 86
De Dilationibus. 106
De Minoribus. 110
De In integrum restitutione. 113
De Iureiurando. 114
De Procuratoribus. 122
De Sententijs. 126
De Appellationibus. 139
De Executione rei iudicatæ. 143
De Expensis. 146

Lib. iij. Contractuum materiam comprehendens, proximas Rub. subiungit.

De Iure emphyteutico. 148
De Feudis. 152
De Pactis. 154
De Transactionibus. 156
De Verborum obligationibus. 158
De Solutionibus. 164
De Nouationibus. 173
De Fideiussoribus. 176
De Rebus creditis. 181
De Iure quæsito non tollendo. 182
De Donationibus. 191
De Rerum alienatione. 201
De Pignoribus & hypothecis. 202
De Emptione & venditione. 203
De Locatione & conductione. 210
De Iure dotium. 212
De Secundis nuptijs. 217

Lib. iiij. Vltimarum voluntatum materiam pertractans, has habet Rubricas.

De Testamentis. 226
De Hæredibus instituendis. 232
De Substitutionibus. 236
De Legatis. 242
De Fideicommissis. 244
Ad Trebellianum. 258
De Successionib⁹ ab intestato. 264

Lib. v. Possessionis materiam declarans, sequentes Rub. continet.

De Acquirenda vel amittenda possessione. 268
De Restitutione spoliatorum. 279
De Præscriptionibus. 294
De Vsufructu. 310
De Acquirendo rerum dominio. 316

Lib. vj. Varias & diuersas materias proponens, subsequentes Rub. continet.

De Regulis iuris. 318
De verborum significatione. 335
De Legibus & constitutionib. 348
De Statutis. 353
De Consuetudine. 365
De Legitima. 370
De Legitimatione. 375
De Alimentis. 382
De Pia causa. 384
De Tutelis. 387
De Iure immunitatis. 389
Quod cuiusque vniuersitatis nomine. 390
De Maioritate & obedientia. 391
De Præbendis. 391
De Clausulis. 393

Septimus verò ac postremus liber, nonnulla ad delictorum materiam pertinentia prosequitur.

IN COMMVNES CONCLVSIONES
ANTON. GABRIELII ROMANI, SACRAE AVLAE
Consistorialis Aduocatorum Decani, ac fisci Apostolici Aduocati,
Marij Gabrielij Epistola,

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM
ALEXAND. FARNES. S.R.E. CARDINALEM AMPLISSIMVM,
ac Vicecancellarium dignissimum.

NEMO EST, qui ignoret, pater amplissime, omnes, qui adhuc sua scripta in lucem edere, ac posteritati consecrare voluerunt, diu summis laboribus, & vigilijs elaborasse, vt quæ in omnium conspectum essent proditura, cum ea quidem plurimorum iudicium subire deberent, ita omni ex parte vnicuique non solùm ingenio & eruditione illustrata, ac optimo ordine disposita, & accommodata apparerent: sed etiam elegantia verborum, grauitateq; sententiarum ornata, ac omnibus quidem numeris perfecta, & absoluta conspicerentur. Ita enim fit, vt, quæ in lucem prodierint, omnium quidem iudicio facilè probentur, & auctores suorum laborum, ac vigiliarum debitam,, ac perpetuam laudem consequantur. Non possum igitur non vehementer dolere, temporum malitia in eum locum me adductum, vt quædam Ant. Gabrielij patris mei, in Iure Ciuili domestica commentaria, ab eo currenti calamo ad priuatam solùm commoditatem conscripta, intempestiuè in lucem proferre sim coactus, quæ cùm non alia quidem de causa ab ipso in hunc ordinem fuerint redacta, nisi vt ea facilius memoria retineret, quæ frequentius his temporibus in vsu, ac forensi exercitatione versantur, meritò memoralia appellabantur, prout etiam multis in locis in libro sub conficto nomine Portij Imolensis peruulgato scriptum videmus. Quàm igitur ab omni vsu, ac ratione alienum sit, ea in cõmunem vsum proferre, quæ tantummodò ad priuatam vtilitatem sunt instituta, nemo est qui non videat. In his enim multa quidem desiderari necesse est, quæ tum ad perfectam eruditionem, tum etiam ad ornatum, & elegantiam verborum maximè sunt necessaria. Itaque cùm in hoc libro quamplurima sint, quæ potius inchoata, & adumbrata, quàm absoluta & perfecta dici possunt, facilè ex eo vnusquisque intelliget, auctorem nihil minus vnquã cogitasse, quàm vt huiusmodi scripta omnib. prorsus ornamentis denudata, ante oculos hominum proponerentur. Eò magis etiam ab hac editione mihi abstinendum esse perspiciebam, cùm post patris mei obitum, multa quidem à Doctiss. viris conscripta, & in lucem edita sint de ijsdem rebus, in hoc etiam volumine contentis, quæ cùm sint omni studio & diligentia elaborata, multò elegantius & copiosius ab ipsis etiam videntur scripta & explicata: absurdum enim esse arbitrabar, ea ipsa postea diuulgare, quæ iampridem ab alijs ita essent pertractata, vt nec magis ornatè scribi, nec vberius, vel diffusius à quouis disputari possent. In qua quidem sententia eo mihi magis permanendum esse existimabam, cum animaduerterem omnia, quæ in hoc volumine scripta continerentur, ab vnoquoq; magis laboriosa, quàm subtilia, diiudicari posse: nihil enim in eo habetur, nisi de vnaquaq; re omnes, & singulæ Iurisconsultorum opiniones, nudis ac simplicibus verbis quàm breuissimè recitatæ. Non mediocriter etiam me commouebat, cùm viderem auctoritates Iurisconsultorum in hoc libro secundum antiquas editiones esse citatas, quæ res non modicam difficultatem Lectoribus in Doctorum sententijs reperiendis est allatura, cum iamdiu aliæ longè commodiores extẽt, quibus ita antiquæ sunt obsoletæ, vt vix quidem his temporibus illarum vestigia appareant. Postquàm autem librum hunc festinanter impressum perlegi, maiorem animo cœpi dolorem quamplurima enim, & penè infinita in eo loca perspexi (& non quidem leuia) Tipographorum inscitia, & negligentia non solum corrupta, sed sæpissimè etiam mutilata, & penitus deprauata, quæ ita Lectorum aures offendunt, vt ex illis quidem verbis nihil prorsus intelligi, vel percipi possit. Quæ omnia eò quidem videbantur pertinere, vt existimarem honori ac famæ patris mei magis consultum iri, si hæc familiaria Commentaria, licet à plurimis maximo desiderio exoptata supprimerem, ac domi continerem, quàm si ea publicis monumentis mandarem. Sæpe enim ita factum esse memineram, multa scripta, dum adhuc penes suos Auctores custodirentur, magnam sui expectationem concitasse, sed perfecta tandem & in publicum edita, longè minorem famam expectatione reperisse. Sed nouus & importunus casus maximè me à proposita & suscepta huius instituti ratione reuocauit. Nam superioribus annis paucis ante mensibus, quàm pater ex hac vita migraret, famulus quidam Barbarus, cuius opera ipse in scribendo vti consueuerat, multa clam ex his Commentarijs transcripsit, eaq; post eius mortem pluribus tum Romæ, quorum in numero fuit Cæsar Contardus, vir in hac Iuris scientia apprimè doctus, & eruditus, tum etiam per varia Italiæ loca quamplurimis exiguo pretio tradidit, tandem Patauium perueniens, Iacobo Philippo Portio Imolensi, ibi ius Pontificium publicè interpretanti, non minimam partem huius paterni laboris, recepta mercede similiter condonauit: quæ quidem scripta vsq; ad eius obitum diligenter ab ipso domi custodita, & asseruata fuerunt. At eo mortuo hæredes, ijsdem ipsis Commentarijs (inter alia Portij monumenta repertis) opinati illa ab ipso Portio elucubrata fuisse, iusto errore ducti, eam Commentarij partem, vt se habebat, nulla interposita mora eiusdem Portij nomine librarijs describendam, ac diuulgandam tradiderunt. Id autem vt caderet, præcipuè commissum est Portij morte, qui singulari bonitate, & integritate præditus, haud quaquam vllo vnquam tempore sibi tribuere ausus fuisset, quod propriũ alieni laboris esse non ignorabat: idq; eo potissimum censendum est, cum ipse studiosè sibi iam in hac iuris scientia propriam Scriptorum supellectilem comparasset, quæ post eius mortem publicis literis mandata,

maximo eius nomini fuit decori & ornamento. Sed vt omnib. exploratum sit, eam huius nostri Commentarij partem, quæ hactenus Portio Imolensi est attributa, nullo iure, vel causa ipsi adscribendam fuisse, id his, s. probabilib. rationib. ac perspicuis, & indubitatis indicijs facile demonstratur. Cuius rei illud quidem in primis argumento sit, quòd plurib. in locis eiusdem libri auctor ih Doctorum sententijs comprobandis testatur se in multis causarum controuersijs coram Ioanne Clerici, Raynal. Petrutio, & alijs tunc Rotæ Rom. iudicib. ita obtinere consueuisse. Quod quàm sit ab omni veritate alienum, si id Portio Imolensi referamus, quiuis intelligere potest, cùm nemini dubium sit, illis quidem temporib. cum non modò coram ijsdem iudicib. in causis agendis minimè versatum fuisse, sed etiam tunc temporis ipsum ne ad vrbem quidem accessisse, aut vllo vnquam tempore eosdem Iudices forsan vidisse, aut allocutum fuisse. Idq; etiam alia euidenti ratione colligitur, si enim ætatem Imolensis diligenter inspiciamus, qui (vt in eius vita legitur,) vix 6. & 40. suæ ætatis annum, attigit, ipsum id temporis in ea, s. ætate constitutum, nihil minus quàm Aduocati officio tunc fungi potuisse, intelligimus. Proximè huc quoque videtur accedere, quod in nonnullis locis eiusdem libri scriptum legimus: in quib. sæpe ab auctore Romana statuta, vt propria citantur, & etiam interpretantur, quæ res cùm satis apertè demonstret auctorem vel Roma. esse, vel assiduè in vrbe Roma. commoratum fuisse, nemini dubium erit id Portio Imolensi nequaquam conuenire, qui tam breui tempore in vrbe permansit, vt non magis illi ea statuta, quàm cuilibet extero, vel alienigenæ propria esse possint. Omitto etiam diuerso, ac omnino dissimili scribendi genere illum semper in alijs suis scriptis vti consueuisse. Sed ex vetustiss. Cod. domi existentib. iam ferè per 40. an. manu veri auctoris conscriptis, in quib. omnia ijsdem verbis, eodem ordine scripta licet intueri, quæ etiam in libro Portij nomine in lucem edito scripta, & repetita apparent, facilius omnibus, suaderi poterit, ea quidem Commentaria hactenus in lucem prolata à nemine, præterquam à patre composita & instituta fuisse. Quid plura? Contardus ipse, & cæteri, qui à famulo ea scripta habuerunt, palam & apertè testantur ab eodem accepisse, sed è domo patris ea quidem scripta sustulisse. Quæ cùm ita sint, nullus relinquitur dubitandi locus, quin ab omnib. magis Ant. Gabr. quàm Portio Imolensi liber ille meritò adscribi debeat. Quamobrem postquã eundem lib. iam in publicum prolatum perspexi, grauiter commotus, vt ea in quib. olim pater tot tantisq; laborib. & vigiliis vsq; ad extremum vitæ cursum insudasset, nunc tamen alieno, veri autem auctoris nomine supresso, inscriberentur: adductusq; tum officij mei, tum etiam paternæ pietatis ratione, non potui de mea prima sententia non decedere: malui enim hæc quidem scripta etiam minus exornata, & castigata nomine veri auctoris peruulgari, quàm mutilata, & diminuta alieno nomine sempiternæ memoriæ mandari. Hanc autem sententiam eo libentius sum sequutus, postquam ad illam comprobandam non modò multorum & grauissimorum virorum, quib. plurimum debeo, iudicium & auctoritas accessit: sed etiam commune desiderium amicorum, idem à me summis precib. efflagitantium in eadem me maximè confirmauit. Quod mihi quidem tutissimum fore præsidium spero, cùm omnes intelligere possint, me non tam meo, quàm alieno iudicio id experiri voluisse. Itaque nihil mihi magis huiusmodi munere obeundo faciendum existimaui, quam vt illam vulgarem, ac falsam iam de Portio conceptam opinio. celeri hac nostra editione quãprimum ex animis hominum euellerem. Vix igitur tam ijs Commentarijs nomine Portij in lucem relatis, quàm nonnullis alijs præterea additis, breuiter decursis, & vt potui, ex temporis angustia in ordinem dispositis: statim ea librario consignaui. Quæ & si minus perfecta, & verborum compositione non satis polita videbuntur, omnib. saltem aliquod specimen, vel argumentum præ se ferent, quid ipse auctor in hac iuris scientia fuisset assecutus: quemadmodum etiam in Pictorum tabulis videmus, quæ licet inchoatæ tãtummodò, ac adumbratæ conspiciantur, nihilominus sola artificij inuentione, ac cõpositione excellentiã vel imperitiã Pictoris optime demonstrant. Quare si hæc quidem Cõmentaria ab omnib. vulgò probari intelligam, non molestè ferã, plus etiam studij & diligentiæ ad illa absoluenda & corrigenda conferre: sin minus, eorum memoria tanquam prorsus inutilis, breuiter abolebitur, non secus ac de arborum, vel agrorum genere plerunque accidit, qui si frugiferi sint, diuturna etiam agricolæ cultura & diligentia, meliores quotidiè, & uberiores fructus proferunt: si autem steriles, & minimè fructuosi, statim absque cultura ab omnib. deseruntur, & inter densas vepres, & horrida dumeta facile obsolescunt. Cùm primum autem, pater amplissime, hæc quidem patris mei scripta in lucem emittere decreui, nihil mihi magis conueniens, ac rationi consentaneum visum fuit, quàm ea alicuius nomini consecrare, cui & ipse auctor gratissimus, carissimusq; semper fuisset, & vt eiusdem nominis auctoritate, ac amplitudine, tanquam adamantino clypeo opus istud (quod à proprio artifice vix quidem prima, nedum extrema pigmentorum lineamenta accepit) ab inuidorum, & obtrectatorum calumnijs facile protegeretur. Quapropter cùm non ignorarem, quàm mirificè ipse auctor non solùm te, tum propter ingenij tui excellentiam, atq; incredibilem rerum vsum, tum ob cæteras egregias tui animi dotes, sed etiam Paul. ij. Pont. Max. auum tuum sanctiss. & sapientiss. virum (cuius quidem diuinam virtutem homines admirari potius, quàm laudib. efferre in dies magis videmus) & istam tui nominis illustriss. amplissimamq; familiam studiosissimè semper coluerit, & obseruarit, lib. hunc, in quo non minima quidem pars eiusdem laborum, ac vigiliarum reponitur, iure optimo tibi dicare, & in nomine tuo apparere volui. cum enim semper illum, quoad vixerit, maximè dilexeris, mortui verò viuam memoriam tenueris, dubitare ego minimè debui, quin eius lucubrationes tuo amplissimo nomini dicatæ, & aptè conuenirent, & gratissimæ contingerent. Ex tui autem nominis splendore, & amplitudine tantam auctoritatem his Commentarijs accessuram, omnes facilè intelligere possunt, quantam ea ex cuiusuis alterius nomine vllo quidem tempore consequi potuissent. Librum hunc igitur hilari fronte, gratoq; animo accipe, & vt Antonij patris mei tui semper studiosis. & obseruantiss. opus, & vt munus à me tibi summa animi propensione dedito, atque addicto profectũ, quod erit meæ erga te perpetuæ voluntatis, & obseruantiæ certissimum apud omnes argumentum & testimoniũ. Leuiora hæc esse opinor, quàm tuæ amplitudinis ratio postularet, sed tu summæ humanitatis, ac benignitatis magnitudine, muneris huius tenuitatem facile compensabis. Si igitur hæc, qualiacunque sunt, elucubrata, & in apertum prolata, tibi grata fuisse intellexero, præclarè satis actum mecum esse arbitrabor. Romæ Prid. Nonas August. M. D. L X X.

ANTONII GABRIELII ROMANI,

COLLEGII SACRAE AVLAE CONSISTORIALIS ADVOCATORVM DECANI, AC FISCI APOSTOLICI ADVOCATI, CONCLVSIONVM SEV REGVLARVM,

LIBER PRIMVS:

In quo habentur Conclusiones ad materiam probatoriam pertinentes.

De Probationibus, Conclusio 1.

ARGVMENTVM.

¶ Probationes imperfectæ iunguntur ad faciendam plenam probationẽ.

EST VVLGARE DICTVM, quòd quæ nõ prosunt singula, iuncta iuuant, & ꝓ plures imperfectæ probationes iungũtur ad faciendã plenã, & perfectã probationẽ, vt notat gl. in l. ij. ff. de excusa. tuto. in verb. legitimis. & in cap. cùm causam. de proba. glo. in cap. veniens. el primo. in glo. in verb. illorũ. de testi. & glo. in l. instrumenta. C. de probationib. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Dyn. & Bar. in dict. l. ij. §. i. ff. de excusa. tutor. & Bart. in l. j. §. iidem Cornelio. ff. de quæst. Pe. de Ancha. in cõsi. cclxxvj. Bar. in l. spadonem. §. qui iura. ff. de excusat. tuto. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. Anto. de But. in cap. veniens. el primo. in fi. de testib. Abb. in ca. cũ cãm. de testib. & in c. cũ dilect⁹. nu. 17. de succes. ab intesta. Alex. in l. admonendi. ff. de iureiurã. & in ꝓsi. xx. volu. iiij. Anto. de But. in cap. fi. versi. sed est dubiũ. de iureiurand. Saly. in l. in bonæfidei. versi. visis. C. de reb. credi. & iureiur. in ix. opposi. Alexan. in cõsil. liij. volum. j. Ias. in repet. l. admonẽdi. ff. de iureiur. Alberi. de Rosa. in l. instrumẽta. C. de ꝓba. Bal. in l. j. C. qui num. tut. Calca. in ꝓsi. viij. Chassan. in cõsi. xiiij. Caccialup. in repeti. d. l. admonendi. n. 154. & 157. Barba. in d. ca. cũ dilect⁹. de succes. ab intesta. Saly. in d. l. admonendi. Bald. in l. per hanc. C. de tẽp. appel. Imola in cõsi. cxxxviij. Barbat. in Rub. de proba. & Inn. in cap. fina. de succes. ab intesta.

Contrarium Bald. in Rub. de proba. in Decret.

2 PRIMO ex hoc dicto, generaliter infertur, ꝓ vn⁹ testis de veritate facti, cõiungit̃ cũ semiplena probatione alteri⁹ generis. Bald. in l. spadonẽ. §. qui iura. ff. de excusat. tutor. Petrus de Anchara. in consi. cclxxvj. Alex. in consi. xx. volu. iiij.

3 Secundò ex regula infertur, ꝓ vnus testis de veritate facti, & duo de partis cõfessione, plenè ꝓbãt. Bart. in d. l. admonẽdi. & ibi Ias. dicit hoc cõiter * teneri per doctrinã Pau. de Castro in cõsi. ccclxxx. volu. j. Decis. Neap. xij. in antiq. & Ias. in d. l. admonẽdi. & ibi Caccialup. n. 157. & Franc. Cur. senior, nu. 199. Saly. q dicit ita cõiter * tenere Doct. ĩ l. admonẽdi. ff. de iureiur.

Cõtrariũ Bal. in authen. rogati. C. de test. Roma. ĩ sing. cciij.

4 Tenendo primã opinionẽ, q̃ videtur cõmunis, * dicas sec⁹ esse, si vn⁹ testis deponeret de facto, & vn⁹ de cõfessione, quia isti nõ iungerentur ad plenã ꝓbationẽ faciendã, sed facerent plusquàm semiplenã, vt not. Bal. ĩ Rubric. de cõtrouer. iuest. ĩ l. si ex cautione. in xij. quæst. C. de nõ nu. pec. in l. ij. §. fi. in fi. ff. si cert. pet. in c. fi. versic. ex cui⁹ dictis. de cõsuetud. in c. licet causam. versic. & nota ꝓ singularitas. de ꝓbat. ĩ authẽti. rogati. C. de testib. Corn. cõsi. viij. volu. iij. Soc. in c. final. de iureiurand. Caccialup. in repet. d. l. admonẽdi. nu. 159. versi. tertius casus: Bal. in l. Publia. ff. depos. Corn. consi. xiij. in fi. volu. j. in cons. c. volu. ij. & in cons. cliij. volu. iiij. Ias. in d. l. admonendi. in ij. lect. Alex. in cons. xx. vol. iiij. Aym. cons. lxxiij.

Cõtrarium Abb. in c. fi. de succes. ab intest. qui tenet, quòd vnus testis de numeratione mutui, vnà cum alio de cõfessione, coniungitur: & idem sentit Fel. in dicto cap. cùm causam. de probat. dum impugnat differentiam Aret.

5 Sed hoc exemplũ reprobat Ia. ĩ d. l. admonẽdi. ĩ rep. & Dec. ĩ c. cũ causam. de ꝓbat. post Abb. ibi. Aret. Bal. in cõs. ccxviij. in fin. vol. j. Sal. in l. testiũ. in fin. C. de test. Lofred. in cõsi. xxvij. Soci. in ꝓs. lxxxix. Caccialu. in d. l. admonẽdi, n. 159. ĩ iiij. casu. Lofred. cõs. viij. Ruin. cõs. lxxij. vol. iiij. Curt. Senior ĩ l. admonẽdi. nu. 190. & seq. q cõcludunt, ꝓ vnus testis de numeratione, & vn⁹ de confessione nõ cõiunguntur ad ꝓbandũ mutuũ. Cyn. in l. ij. in princ. C. q̃ sit longa consuetud. Saly. in l. si ex cautiõe. in fin. C. de non numer. pec. Alex. in cons. cxxvij. vol. vij.

6 Sed extra casum cõtractus mutui, ꝓ vn⁹ testis de cõtractu, & alter de cõfessione iungãtur, dicit Aret. in d. c. cùm causam. sentit Bal. in cons. ccxviij. in fi. vol. j. tenet Dec. in dict. ca. cùm causam. Lofred. in consi. xxvij. & consil. viij. Soc. in consilio lxxxix. vol. j. Curt. iun. in d. l. admonendi. num. 190. & seq.

7 Quã vltimã opinionẽ intelligas q̃ñ vn⁹ testis deponit de cõfessione facta parte ꝑsente, q̃ ꝓbata per duos testes plenè ꝓbat, aliàs nõ posset ꝓcedere, & ita expressè loquitur Aret. ĩ d. capit. cùm causam, vt per Lofred. in d. consi. viij. Caccialup. in repet. d. l. admonendi. n. 158. & seq. Curt. senior nu. 190. Alex. ĩ cõs. lxxvj. vol. vj. Imol. in cõs. cxxxviij. Pau. de Ca. ĩ cõs. cxliij. vol. ij. Cur. iun. cõs. clxviij. Bal. in auth. rogati. C. de testib. Aim. consilio lxxiij. & in tract. de antiq. temp. in iiij. parte, num. 157.

8 Tertiò similiter infertur, ꝓ vn⁹ testis de veritate, & duo de fama iungũtur ad faciendã plenã ꝓbationẽ, vt not. gl. in verbo, famã. ĩ c. j. de appellat. sentit gl. in verbo, illorũ. ĩ c. veniens. de test. el j. gl. in verbo, possessionis. xvj. q. iij. & in c. placuit. el ij. Bal. ĩ d. c. j. versi. q̃ro ergo. de appell. & ibi Dec. Henri. Boich ĩ c. cùm causam. de ꝓbat. Bart. ĩ d. l. admonẽdi. Alex. ĩ cõsi. clxxx. vol. ij. Calca. in cõs. viij. Specul. in tit. de not. crim. §. fama. versi. fama aũt. Fely. in Rubr. de sponsi. ĩ xix. speciali. Ant. de Butr. ĩ c. veniens. in fi. de testi. Cyn. in l. iiij. C. de ꝓbat. Abb. ĩ c. veniens, de test. el j. Bouer. in singu. vij. in verbo, ꝓbatio. Card. in cõs. ix. circa fi. Bal. in l. ij. ff. de excus. tut. & ĩ Rubrica de cõtrouers. inuestit. Fel. ĩ c. cùm causam. de ꝓbat. Spec. ĩ tit. de test. §. restat. in xxv. casu. Bal. in Margarita, in verbo fama. nu. 2. Saly. in d. l. admonendi. q dicit ita cõmuniter * renere Doct. Caccialup. ibi nu. 177. & seq. Alex. in cons. xxiiij. volu. j. Paulus de Castro in consilio cxliij. in fin. volum. ij.

Cõtrariũ Rai. in d. l. ij. ff. de excusat. tut. vbi tenet, ꝓ nõ iungantur, quasi essent probationes diuersi generis, de quo infrà dicetur. idem etiam tenebat Andreas de Pisis ibi.

9 Imò multi voluerunt, ꝓ vnus testis, q deponit de veritate actus, & ꝓbat etiã de confessione, iungatur cũ alio teste ꝓbãte solã cõfessionẽ, ꝓut voluit Bal. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth. ver. & est argumentum. Soc ibi ver. ij. noto, & ibi Claud. versi. & inducit Bal. & ibi Ias. vers. subdit Bal. hic. sentit Alex. in consi. cxij. vol. iiij. Lofred. in consil. viij. Pari. in cõsi. lvj. vol. j. Trig. in singu. lxvj. Marian. iun. in consi. xcix. vol. ij. Rui. consil. xlvj. vol. iiij. & consilio lxxxj. vol. v.

Cõtrariũ Alex. ĩ d. §. ille casus. ver. iuxta hoc nõ omitto. & ĩ cõsil. clij. volu. v. Curt. Senior in repetit. l. admonẽdi. nu. 191.

10 Istud quòd cõiungatur vn⁹ testis de rei veritate, cũ fama, vel cum confessione, Limitat in causa ciuili ardua, Baldus in capit. veniens. el j. de testib.

11 Secũdò limita, quo ad ꝓbãdã excommunicationis exceptionẽ, ad quã ꝓbãdã vnus testis de facto, & alter de fama, nõ cõiunguntur. ita Spec. in tit. de not. crim. §. fama, versi. qd si agẽti. Ro. ĩ sing. cxcix. idẽ tenet Archidi. ĩ c. sæpe, iiij. q. iij. Dom. in ca. pia. §. si quis. circa fi. de except. in vj. Anto. de Butr. in ca. veniens. el j. de test. Fely. in eod. cap. Dec. in c. j. de appella.

Contrarium ibi Imol. & Aret. Fel. in capi. prudentiã. §. sexta. de officio delegat.

12 Tertiò Limita in criminalib.in quib. nõ iungitur vnus testis cũ fama, Ant.de But.in d.c.veniens.el j.post gl.ibi in verbo, illorũ, Imol.& Fel.Dec.ver.ij.cõclusio.Abb.ibi, Imol.in l.interesse.in fi.ff.de acq.pos.Cyn.in l.fin.versi.nũquid ergo fama.C. de quæst.Bal.in l.ij.ff.de excus.tut.& in l.si qs ex argentariis.§.j. ff.de eden.in c.j.vers.quæro ergò.de appel.Ioã.de Anan.in ꝛsi. lix.Saly.in l.ea qdem.versi.sed tũc oritur dubiũ.C.de accus.Alex.in consi.cxliij. vol.ij.Archidia.in ca.sciant.ij.q.viij.Oldr.in cõs.cxcij.post mediũ.Hippoly.in l.de minore.§.plurimũ.ff.de quest.Ias.in consi.clxvij. vol.iij.Dec.in cõsi. cxxxiij. & in cõsil. cccx.in princ.in consi.ccccxxix.num.9.

13 Quæ limitatio ampliatur etiã si de crimine agatur ciuiliter:ita sentit Abb.in d.ca.veniens.el j.in fin.de test.& ibi etiam Anto. de Butr. Hippoly.in dict.§.plurimũ.Io.de Anã.in consi. lix.& Dec.in c.j.de appellat.Maria.iun.in cons.xcix.vol.ij.

Contrarium Imol.in c.veniens.el j.& ibi Dec.de test. Ioan. de Anan.in cõs.xlix.vbi cõiungũtur etiã plures ꝓsumptiones.

14 Secundò ampliatur etiã si agatur de crimine excipiendo. Bald.in capit.tam literis.in ij.not.de tesũ.Fel.in ca.veniens.el j. de test.Dec.in capit.j.de appellat.

15 Primò sublimita qa hæc limitatio est intelligenda dũmodo agatur de pœna capitali,aliàs secus,Aim.in consi. cxxxiiij.

16 Secundò sublimita, nisi vltra famã cõcurrerent plura alia adminicula cũ alia semiplena tãtùm.ita Dom.in c.j.§.& qa.de vsu.in vj.q hoc intelligit tantũ qñ leuis pœna imponitur, secꝰ si grauis. Sed in hoc vlt.ꝗriũ tenuit Fely.ĩ c.veniens de test.vbi non facit differentiã an sit imponenda pœna grauis vel leuis.

17 Quartò limita,ꝙ qñ testes ex natura negocij debent esse tot numero,vt probent,non coniunguntur, ita Bald. in auth. rogati.in fi. C.de test.ver.quæro,pone.& ibi Saly.in vlt.quæst. Caccialup.in repet.l.admonendi.numero 160.

18 Quintò limita,quia ad probandã ingratitudinem nec fama coniungitur cum vno teste de visu,nec cum partis cõfessione, Ripa in l.fi.q.lvij.in fin.C.de reuocan.donat.

19 Sextò limita,vbi requiritur apertissima probatio,nã tunc fama cum vno teste non coniungitur,quia nõ diceretur apertissima probatio, Ripa.in l.fi.q.lvij.C.de reuocan.donat.

20 Quinimo talis non dicitur probatio, sed præsumptio,ita Bal.in c.j.§. cùm aũt.q.penult.de contro. inuestit. sequitur Ias. in repet.l.admonendi.ff.de iureiurando.

Contrarium,ꝙ immo sit vera probatio,qñ coniunguntur duæ semiplenæ probationes,voluit Aret.in c.cũ causam.vers. dixi etiã alibi.de ꝓb.& istã esse ꝓbationem voluit Bal. in Rub. de ꝓbat.& ibi Aretin.in fi.& Dec.ibi.Fely.in d. c.cum causam.

21 Et propterea coniungitur fama cum confessione ad plenam probationem faciendã.Aret.in consi.lxv.

22 Et similiter duæ confessiones iunguntur,vt tenet Paul.de Cast.in cõs.xcij.in fi.vol.ij.& in ꝛs.cxliiij. vol.ij.& cõs.ccclxxx. circa fi.vo.j.Curt.seni.in l.admonendi.n.193.Paris. in ꝛs. lvij. vol.j.Alex.cõsi.liij.vo.j.Bertrã.in cõsi.clxxv.vo.ij.in nou.Aim. de Antiq. temp. in iiij.parte,nu.157.vers.& in terminis.

Contrariũ,ꝙ plures cõfessiones nõ debeant cõiungi, tenet Pau.de Cast.in cõs.cix.vol.ij.Ant.de Bu.in c.licèt ex quadã, de testi.Salic.in auth.rogati.in fin.C.de testi.Alex.in cõs.lxviij.vo lu.iij.& in cõs.clxxxv.vol.vij.dũ nititur saluare testes probãtes confessiones à singularitate, sentiens,ꝙ si nõ sint cõtestes, nõ ꝓbãt.Ias.in l.admonendi.ĩ repeti.de iureiu.Affli.decis.ccclxiij. Cor.in cõsi.cclxj.n.80.& scq. vol.v.Aim.de antiq.temp.in iiij. part.n.157.vers.& reperio.Ruin.in cõsi.xcix.volumine qnto.

23 Primò Limita principalem concl.ꝙ plures impfectæ ꝓbationes ꝗiungũtur ad plenã ꝓbationem faciendã , nã hoc fallit ĩ criminalib.Ias.in rep.d.l.admonendi.post Ray.Dyn.in l.ij.de excusatio.tuto.Bald.in l.si quis ex argentariis.§.j.ff.de eden.& ꝛl.iij. §.ij.ff.de test.est bona gl.ĩ c.veniens.el j.de test. in verbo, illorũ.idem Ias.in d.l.admonendi.in rep.vbi ponit rõnem.Paris.in cõsi.clij.vers.præterea tollitur,vol.iiij.Dec.in c. cũ cãm, vers.ij.limitatur.de probatio.Hippol.in cõs.xx.n.48.& in practica sua in §.expedita. & in rubri.de probatio.Caccialũp.in l. admonendi.n.153.Grat.in cõsi.xlvij.vol.ij.& cõsi. 50.volu. ij.

24 Et ideò vnus testis cum fama non probat in criminalibꝰ vt suprà diximus,vbi vide.

Contrarium,ꝙ idem sit etiã in criminalib.tenet Alberic.in l.ij.§. fin.ff.de excusatio.tuto.Bald.in l.excipiuntur. in summario.ff.ad Syllan.Bart.idem sentit.in l.j.§. idem Cornelio. ff.de quæstio.glossa in capitulo,cum in Diœcesi.de vsuris.

25 Et hoc voluit Alex.in cõsi. xxiiij.vol.ij.ꝙ etiã in criminal. duę semiplenę ꝓbatiões ꝗiungũtur ad hoc vt seq possit ꝗdem natio,licet hoc nõ procedat in fama iuncta cũ alia semiplena probatione:qa fama in criminalib.nõ ꝓbat semiplenè.Sequitur Dec.in c.cũ cãm.de ꝓbatio. dũ ita limitat conclusionem, prout declarat Alex.in consi.proximè allegato.

26 Tenendo primã opinionem,quæ videt cõmunis,sublimita primò vt nõ procedat,nisi qñ in causis criminalib.agitur ad pœnã corporalem.Cæpol.in cõsi.crimin. xxxij.Grammat. in cons.iij.in fi.Aimo in consi.clxxviij.& consi.cxxxiiij.

Contrarium Grammat.decis.xj.

27 Secũdò sublimita qñ agitur tantũ ad effectũ torquendi, non ad effectũ puniendi, Cæpoll.in dicto cõsi.xxxij. Socin.in cõsi.liiij.volu.iij.& ita loquitur Alex.in cõsi.lxv.in fin.vol. j.& in cõs.xlj.in fine,volumine ij. Brun. in tract. de indic. Iason in repet.l.admonendi.de iureiuran.

28 Idem est qñ agitur ad effectũ inquirendi, vel suspendendi,Fel.in capit.veniens.el j.de testi.

29 Tertiò sublimita si vltra duas semiplenas,alia indicia, vel cõiecturæ ꝓcurrerent,Bal.ĩ l.si qs ex argentariis.§.j.ff. de eden. Aret.in ca.veniens.el j.de testi.& Frã. Aret.cõs.xiij. Caccialup. in d.l.admonendi.n.153.Grat.in consi.lviij.in fi. vol.secundo.

30 Quartò sublimita qñ sumus in his,quæ sunt difficilis probationis,Alex.in consi.xxiiij.in princ. volu. ij. Aim. in consil. lxxv.& in consilio clxxviij.

31 Sedò limita prĩcipaliter, vt ita demũ imperfectæ ꝓbationes coniungãtur qñ quælibet species de per se, licet sit imperfecta ad plenã ꝓbationem, est tñ perfecta in sua specie.Bal. in dicta l.si quis ex argentariis.§.j.ff.de eden.sequitur Alex.consi. xviij.volu.iiij.& in consi.xiij.volu.j.& in cõsi.cl.volu.v. & cõs. clxxx.volu.ij.Abb.in ca.cum causam.vers. idem videtur.de ꝓbat.Ias.in repet.l.admonendi.versi.istã conclu.not.& in lectura l.admonendi.ver.limita doctrinã Bar.ff.de iurei.Fel. in c.cũ causam.versi.limita istam secundam. Cæpol.in consil. crimi. xxxij.Hippolyt.in l.vnius.§. testes.ff. de quæst. & in consi. xx. numero 50.& in l.de minore.§.plurimum.ff.de quest.Lãfran. in dict.l.admonendi.numero 29.Zasi.in consi.iij. vol. ij.circa fin.Parisi.in consi.cxiij.volumine j.& in consilio xv.volu.ij.& in consilio xxvij.volumine ij.& consi.xxxv.volu. iij. & consi. lxxix.volu.iij.& consi.lv.volumine iiij.& consi.lix.volu.iiij.& consi.clij.& consi.cliij.vol.iiij.Chassa.in consi.xiij. Grammat. in consi.iij.consilio lix.

Contrarium Grat.in consi.ciiij.volum.primo.

32 Sublimita, nisi simus in re difficilis probationis,qa in his nõ requiritur ꝙ ꝓbationes sint in genere suo perfectæ.Anto. de But.in c.veniens.el j.de testi.Rom.in cõsi.vij.Hinc est ꝙ in his quæ probantur per coniecturas admittantur tales probationes etiã imperfectæ in suo genere.Rom.in cõsi. liiij. in fin. Aret.in consi.lxv.Alex.in consi.xxiiij.volumine secundo.

33 Et propterea in antiquis plures imperfectæ probationes in suo genere coniungũtur vt notat Chassa.in cons.liiij.n.18.

34 Tertiò prin.limita,qa nõ cõiungũtur imperfectæ ꝓbationes resultantes ex testib.ling.Bal.in rubr.de controuer.inuest. Anto.de Butr.in cap.veniens.vbi etiã Imol.in fi.de testi.Anto. de Butr.ca.licèt ex quadã. eod. tit.Abb.in ca.cum causam. de probatio.Alexand.in consilio xx.volum.iiij.& in consi. x. volum.iiij.& in consi.cxxviij.versi.& si dicti duo testes, volumine ij.& consilio xviij.volum.iiij.Hippolyt.in Rubrica de proba.Caccialup.in dict.l.admonendi.nu.155.& seq. & ibi Curt. sen.numer.190.Chassan.in consilio xiij.Et facit quod infrà dicemus in conclu.ij. de testi. vbi non recipitur probatio resultans ex testibus singularibus.

35 Ex hoc infertur,vt nõ coniungantur probatiões diuersorum actuũ,vt per Roma.cõsi.xcj.& in d.l.admonendi, nu.95.

Quod dictum intelligi debet, vel qñ testes sunt singulares, vt declarat Ias.in repetit.dict.l. admonendi. & per Caccialup. in l.admonendi.nu.152.ff.de iureiur.qñ sunt probationes diuersorũ actuũ nõ coniungibiliũ ad faciendã plenam probationem.Bal.in l.j.C.qui nu.tutela.Abb.in cons.xvj.in fin. vo.j. Lofred.in consil.octauo.Caccialup.in l.admonendi.nu.158. Alex.consi.vigesimo,volumine iiij.

Contrarium ꝙ etiam diuersorũ actuũ probationes iungãtur,probatur, quia coniungũtur probatiões pluriũ cõfessionum diuersis locis factarũ,vt suprà diximus, vbi vide.

36 Quartò limita in probatione matrimonij, in qua non fit cõiunctio pluriũ imperfectarũ probationũ.ita Alex. in consi. cxliij. vol.ij.Dec.in cõsi.cxxxiij.& in consi.cccx.& in capit. cũ cãm.de prob.versi.ij.limitatur.Zasi in cõsi.iij.in vltima charta.vol.ij.Hippol.in l.de minore.§.plurimũ.ff.de quæst. Grat.in consi.xxxviij.volu.ij.Ioan.de Sylu. in tract. de iureiur. in vlti. quæst.tertiæ partis,nume.3.

Contrariũ Cæpol.in cõsi.ciui. iij.versi.iij. prin. Decis. Cap. Tholosa. clxxij.el ij.& ibi Apostil. Grat. in consi. xliij. volu.ij. vbi ꝙ sufficiant etiam contra matrimoniũ, sed saluari potest vt infra declaratur.

37. Sed

37 Sed pro prima cõi opi.facit,& erit Quintá limitatio, nã in omni causa ciuili ardua cessat ista coniunctio, vt notat Bal.in c. veniens. el j. de testib.& in l.fin.versicu. quædam est probatio. C.de probationib.Caccialup.in d.l.admonendi.nume. 153.

38 Et ꝓpterea dicitur vt in omnibus casibus,in qbus nõ defertur iuramentum in supplementũ,nõ fiat ista coniunctio.Dec.ĩ c.veniens.el.j. nu.15.de testi.& in c.j.de appellat.Ergo nec ĩ causa matrimoniali,in qua iuramentũ in supplementum nõ defertur,vt est communis opinio,de qua testat Dec.in cõsi. cxxxiij. versiculo,sed tamen his non obstantibus.

39 Secundò facit, nã si in criminalibus ꝓpter eorũ grauitatẽ nõ debet deferri iuramentũ in supplementũ,ergo neque ĩ causa matrimoniali,q̃ dicitur grauis causa. An.de But.Abb.& alij in c.si.ꝓ debilitate.de offic.delegat.Ias.in d.l.admonẽdi.& oẽs decisiones,q̃ loquuntur de causis graui bꝰ,exemplificãtur ĩ causis matrimonialib.in qb. agitur de statu hoĩs, vt per Dec.ĩ locis.s. alleg.Et ꝓpterea est bona differẽtia,quã aliq faciunt, an agatur de matrimonio cõtrahendo tantũ , vel agatur de matrimonio iã ꝗcto infringendo, vt primo casu fiat ꝗunctio,non aũt in secũdo:nam etiã in primo dr agi causa grauis, vt s. firmatum est.

40 Et qũo ꝓcedat æquiparatio causæ criminalis & matrimonialis,vide Ruin.in consil.cl.volum.v.Deci.in consil.clxiij.

41 Et citra controuersiam est vt non fiat cõiunctio qñ agitur de primo matrimonio infringendo.Alex.in consi.cxliij. vol.ij. Dec.in c.veniens,el.j.num.15.de testi.Hippol.in l.de minore.§. plurimum.de quæstionib.

42 Tamen etiã isto casu qñ agitur de ꝓbãdo matrimonio cõtra aliud matrimonium,sufficit si vltra duas semiplenas diuersi generis cõcurrant cõiecturæ vel ꝓsumptiones.ita Aret. in cõsi. xiij.prout etiã dictũ est supra de causis criminalibus. nume. 29.

43 Sextò limita qñ ꝓbatiões imperfectæ tendunt ad diuersa, qatũc nõ possunt adinuicẽ cõiungi. Ab.in c.cũ causam.vers.in secũdo casu.de ꝓbat.& ĩ cõsi.xvj.versic.& per hoc infero.vol.j.

44 Et ꝓpterea dicitur ꝙ ꝓbationes diuersorũ factorũ ad inuicẽ nõ cõiunguntur. Bal.d.in authen.rogati.in fi.C.de testi. & in l.j.C.qui nu.tutela.An.de But.in c.veniens.el.j.in fin.de testi. Roma.in cõs.xcj.Din.& Ray.in l.ij.ff.de excusat.tutor.Socin.in in c.fi.de iureiurando.Caccialup.in d.l.admonendi.nu. 159.& ibi Cato Saccus.nu.127.& num.240.& Roma.ibi num.95.

Cõtrariũ Bal.ĩ l.spadonẽ.§.q iura.ff.de excusat. tutor. Anch. in cõs.cclxxvj.Alexand.in cõsi.xx.volum.iiij. Dec.in dict. c. cũ causam.& sentit Bart.in l.admonendi.versic. his præmissis. Io. Petrutij,quẽ refert Caccialup.in repetitione d.l.admonendi.n. 152.& ibi Lanfranc.de Oriano.nu.29.Alber.in l.instrumenta. C.de ꝓbat.An.de But.in c.fi.versic.qd si recepti sunt.de iureiurãdo.Salicet.ĩ l.ĩ bonæ fidei.versi.visis quę semiplenè.C.de reb. credit.Rom. in ꝛs.vij.Soc.in cõs.lxxxix.vers.sed reperio.volu.j. Aim.ĩ cõs.lxxiij.nu.20.Calca.ĩ ꝛs.viij.nu.13.Alex.ĩ cõs.liij.vers. præterea.volu.j.Anto.de But.in capit.veniens. el j. de testi. qui loquitur ĩ materia de fui natura nõ facilè ꝓbabili. Abb.in c. cũ causam.de ꝓba.versi.sed circa hoc.Chassa.in cõsi.xvj.num. 14.

45 Et ista pars est verior.nã vt suprà vidimꝰ,excepta causa mutui,vnus testis de visu actus coniungit cum duobus testib. ꝓbãtib.cõfessionẽ partis,& ꝓpterea puto cõclusionẽ Roma.in d.l. admonendi.num.95.& Caccialup.ibidẽ nu.158.dũ dicũt duas semiplenas ꝓbationes diuersi generis tendẽtes ad diuersa facta seu ad diuersos actus ꝓbãdos,nõ coniungi, nõ esse veram, nisi saluando dicamus eam intelligi debere qñ facta ita sunt separata,vt inuicem nullã habeãt cõmunionẽ,non aũt qñ vnũ alteri est coniunctũ,prout est actus ipse,& cõfessio partis super eod. actu,& hoc sentit Ias.in repet.d.l.admonendi.versic.ij.limita.& sentit hoc Lofre.in consilio viij.numero 11.

46 Septimò limita,qa duæ semiplenæ vnius semiplenæ nõ cõiunguntur ad faciendã vnã semiplenã ꝓbationẽ.ita dicit Caccialup.in repetit.l.admonendi,numer. 160.

47 Octauò limita:nã fit cõiunctio pluriũ imperfectarum probationũ qñ lex attendit numerum,secus est si lex non attenderet numerum,sed aliam causam.Bal.in l.patre furioso.in ij.not. ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.

48 Nonò limita , qñ agitur de ꝓbando qd indiuiduũ, qa tunc nõ coniungunt plures imperfectæ probationes. Alberi. in l.instrumẽta.C.de ꝓbat.Bal.in l.cũ antiquitas.versi.ij. quæro. C.de testa.& in l.ij.versic.sed pone.C. quorũ appellationes. Roma.ĩ consi.xcj.in fin.Anto.de Butr.in c.licet ex quadã.in fin.de testi.

49 Et ꝓpterea ex hoc infertur,ꝙ cũ testamentũ sit quid indiuiduũ,nõ poterit vna pars testamenti per aliquos testes ꝓbari, & reliqua ꝑ alios.ita Bal.in dict.l.cũ antiquitas. in loco ꝓximè allegato,vbi etiam Paul.de Ca.in versic.itẽ nota.Alex.in consi. clxxvij.versic.ij.principali fundamento.volu.secũdo, Corn. in ꝛsil.ccxxxviij.volu.iiij.Ias.in ꝛsi.42.vol.j.Alex.in d.l.cũ antiquitas,in fi.& ibi Ias.& ibi Cor.in vltim.nota.vbi etiã Rimi. versic. Item no.C.de testa.Roman.in consil.xcj. Bru. in tracta. de for. Felyn.in capitu.licèt ex quadam.versic.& adde Bal. de testibus. Trigon.singul.lxix.Bertrand.in consil.cxcviij.volum.j.Paris.in consil.clvj.volumine quarto.

50 Limita hãc cõclusionẽ,nisi testes deponerẽt se interfuisse toto testamento,sed nõ recordari nisi de cõtentis in sua depositiõe,qa tũc ꝓbarent super eo super quo ꝓræcisè & certè deponunt.Cor.& Alex.in dict.l.cũ antiquitas.& idẽ Cor. in cõsi. ccxxxviij. volu. iiij.Ias.in consil.xlij.volum.j.in consi.lxj, volu. primo.Bertrand.consi.clxxj.volum.ij.Trig.singu.lxix.

51 Quod maximè verum est si in eo super quo nõ ꝓcisè deponunt, se referant. Ias.in consi.lxj.numer. tertio,volu. primo.

52 Secũdò inferr ex limitatione prædicta, nã stante statuto ꝙ veniens de tali loco ad talẽ locũ,puniat tali pœna , nõ sufficit si aliqui testes ꝓbent vidisse vnũ euntẽ vsque ad dimidiã partem viæ.alij aũt testes dicant vidisse illum euntem ad reliquã partẽ viæ.Ita voluit Bal.in l.obseruare.versi.sed pone,dicit statutũ.C. quorũ appellationes.Roma.in cõs.xcj.Ias.in repet.l.admonendi.versic.tertio faciunt prædicta.ff.de iureiurand. & ibi Roma. num.95.Ias.in l.cũ antiquitas.versic.ego confirmo.C.de testa.

Contrarium Aret.in ca.præterea.versic. & ideo dicit Bal. de testib.& in c.licet ex quadã.eodem titul.Iason in l.cũ antiquitas.versi.in contarium.C.de testam.

53 Sed dubiũ nõ modicum insurgit,an testes quorũ aliqui dicant Titiũ possedisse primis quinque annis,alij verò deponant Titiũ possedisse subsequentibꝰ quinque annis,videant sufficiẽter ꝓbare Titium per decẽ annos possedisse,& ꝑ cõsequens ꝑscripsisse:& quidẽ Bal.ĩ l.testiũ.versicul.circa primas interrogationes.C.de testibus.tenet ꝙ sufficienter ꝓbent.& idẽ Aret. in dicto c.licèt ex quadam.de testibus.Ias.in l.cũ antiquitas. versi. in cõtrarium tñ.C.de testam.Saly.in l.testium.in ij.quæsti.C.de testib.Iason in d.l.admonendi.versic.quartò prædicta faciunt. Trigon.sin.lxvj.Rebuff.in tract.nominatio.

54 In contrariũ facit qd notat Bal.ĩ l.secũda,versicu.sed pone. C.quorũ appellatio.vbi tenet, ꝙ ad ꝓbandã ꝑscriptionẽ seruitutis viæ,nõ sufficiat si aliqui testes deponãt vidisse aliquẽ euntẽ legitimo tẽpore vsque ad certũ locũ,& alij deponant vidisse euntem ab illo loco per totã reliquã viam. qd dictum refert & sequitur Ias.in repet.d.l.admonendi.versic. tertiò faciunt prædicta.& in d.l.cũ antiquitas.versic.ego confirmo.

55 Sed tenendo primã opi.dicas idem esse qñ per aliquã dispositionẽ requirit,vt qs per quinquenniũ studuerit:sufficit enim aliquos testes ꝓbare de studio duorũ annorũ,alios verò de studio reliquorũ trium.Rebuff.in tract.nominatio.in xj. quæstio. princ.versiculo quartò quæro.

56 Et ꝓpterea parentela ꝓbatur per testes,quorũ aliqui dicãt Titiũ esse filiũ Petri,& alij Ioan.esse filiã Petri, nã cõiunctis his testibus fit plena probatio,ꝙ Titius & Ioanna sunt fratres. glo. in d.ca licèt ex quadam.in verbo,gradus.& ibi Anton. de Butr. declarando vt ibi per eũ.& Cardinalis ibi in fi.Abb.ibi & Aret. de testibus. Et ita voluit Inn.in c.series,de testib.Bal.in l.testiũ. versi.circa primas interrogationes.C.de testib.& in l.ij.C.quorũ appellationes.Iason in repet.l.admonendi. versicul. quartò prædicta faciũt.& in l.cũ antiquitas.versi.ego cõfir. C. de testa.

Contrariũ Hostien. in dicto ca.licèt ex quadã.versiculo, sed si quidam testes.& glossa in verbo postmodum,in capitulo,de parentela.el secundo.xxxv.quæst.vj.

57 Ioan.Andreas in dicto c.licèt ex quadã.in fine,pro concordia distinguit:nã aut probatio cõiunctiõis fit per verã scientiã, & tunc procedit prima opinio , aut fit per testes de auditu , & tunc ꝓcedit secũda opinio Hostien.cũ qua distinctione transit Ancharan.ibi in fine,& ibi Imol.in fine,Guido Pap.ibi in fine, & Henricus Boich,in dicto loco.

58 Et idẽ esset si qs vellet ꝓbare incestũ,nã sufficeret per duos testes ꝓbare cõsanguinitatem, & per alios testes ꝓbare cõiunctionẽ carnalẽ.Bal.in l.Gallus.§.ille casus.versiculo,iij.noto , & ibi Imol.versiculo,itẽ noto ꝙ licitum est.ff.de liberis & posthumis.Iason in repeti.d.l.admonendi.versiculo,secũdò faciunt.

59 Decimò limita,nã vt iungantur imperfectæ probationes, est necesse vt quælibet ꝓbatio,quæ iungi debet, sit saltem semiplena ꝓbatio.Bal. in l.spadonem. §. qui iura.ff. de excusat.tut. Ancharan.cõsi.276.Aretin. cõsi.75.versiculo secũdo,ꝙ quartus testis.Anton.de Butr.in c.finali,versiculo, ꝙ si recepti sunt, de iureiurando.Salic.in l.in bonę fidei.versic.visis quę semiplenã.C.de reb.credit & iureiur.Paul.de Cast.in consilio xcij.in fi. versiculo,in casu verò nostro. volumine secundo. Alex. consi. xx.& versi.finaliter.volum.iiij.

60 Contrariũ vt nedum cõiungãtur semiplenæ probationes, sed ẽt plures ꝓsumptiones,tenet gl.iuncto textu in l.instrumẽta.C.de ꝓb.& in l.ij.in §.j.in verbo , legitimis,ff.de excu.tut.gl. in c.accedẽs.el ij.in verbo oriundis. vt lit.nõ cõtest. & in ca.cũ

causam.in gl.ij.de proba.Ang.in l.non est verisimile.circa finẽ. ff.quod metus caus.Barba.in ca.fin.vers.& subtilius etiã.de succes.ab intest.& in rubrica,de probat.versiculo,quod probatur, versiculo, & dixi in d.ca.Bald.in l.si quis ex argentarijs.in §.j.in quarto notab.ff.de eden.& in rubrica,de probat.in prin.& in l. ea quidem.versiculo,argumentum.C.de accus.& in consi.iij.in fin.volum.iij.Roma.in consi.vij.& in consi.liiij.in fin.Socyn.in consi.lxxxix.versi.nam simul quodque.volu.j.Decius in consi. cxlvj.versic.vj.& vltimo.Calcan.in consil.lxxvj.Ioan.de Anan. in consil.xlix.versiculo,ex quibus potest dici.Aimo in ꝯs.xxxv. nu.6.& in consi.lxxiij.nu.20.& consi.clviij.nu.11.

61 Imò facilius coniunguntur plures præsumptiones, quàm coniungantur plures probationes ad plenam probationem faciendam,prout aliqui tenebant,quos Bald.refert.& Anton.de Butr.in d.c.veniens.el j.de testibus.

62 Prout etiam vnus testis iungitur cum præsumptione ad faciẽdam plenam fidem.Arch.in cap.oues,versi.in ead. gloss. ibi, præsumptionem.vj.q.j.glo.in ca.fin.in verbo , testes.de succes. ab intest.Bart.in l.j.§.ijdem Cornelio.ff.de quæstio.Bald.in ꝯsil. cxxxvj.circa fin.versic.persuadentes igitur.volu.ij.& consil.iij. in fin.volu.iij.Abb.in ca.cum causam.versicu.sed circa hoc.de probat. Aim.cons.xxxv.num.6.

63 Et similiter fama coniungitur cum alijs præsumptionibus. glo.fi.in capitulo,cum in Diœcesi.de vsuris.

64 Et scripturæ etiam duorum mercatorum super eodem facto plenè probant.Bald.in capitulo,quoniam contra.de prob. Aimo de antiquita.tempo.in j.part.num.279.

CONCLVSIO II.

ARGVMENTVM.

Papæ,seu Principi aliquid attestanti an plenè credatur.

1 SATIS confusè loquuntur Docto.in illa vulgari ꝯclusione,An Papę attestãti credat.iux.tex.in cle.j. de ꝓb.Ideò opportunũ visũ fuit oẽs cas⁹ colligere.

2 Et in primis hanc principalẽ distinctionẽ in hoc casu adhibendam esse existimo.nam aut Papa attestat̃ de suo facto proprio,aut de facto alieno:si de suo facto ꝓprio, tunc sua attestatio facit plenissimã fidem,& probationẽ, (de attestatione aũt de facto alieno,dicetur multò inferius suo loco)adeò ꝙ nec ꝯriũ ꝓbari poterit,vt est tex.in d.clem.j.de proba.& ibi gl. in verbo,Fecisse narramus.& ibi Anchar.& Imol.vbi etiam alij omnes.idem tenet Fely.in capitulo,cum à nobis.de testib.Hippo.in l.j.§.si quis dicetur.ff.de quæst.gl.pragm.sanct.

3 Et ideò si Papa dicit aliquem suum capellanum, seu cubicularium,statur suæ assertioni. Gem.consil.59.in princi.Aene. de Falco,in tract.Reser.Idem,si dicit aliquem familiarem suũ,Sarnen.super reg.de impetr.per obi.fam.Card.quæst.xiij.

Contrarium in hoc videtur tenere Rot.deci.cxcvij.in antiq. Bonif.in cle.j.nu.27.& seq.de probationib.

4 Idẽ si narrat aliquẽ renũciasse bñficio p ꝓcuratorẽ,qa creditur,ꝙ fuerit ꝓcurator,licèt ñ ꝯstet de mãdato,Boe.dec.cclxxxj.

5 Et idem quando asserit talem esse procuratorem, Ruin.in consil.cxlviij.num.7.volu.iiij.

6 Amplia hãc regulã,vt magis credatur Papæ quàm Notario. Andr.de Isern.in cap.j.versiculo,sed nunquid stabitur.in ti.qui success.tenea.Imò magis Papæ creditur, quàm pluribus Notarijs,vt dicit Ruin.in consi.ciij.volum.v.

7 Secundò amplia,idẽ esse si de facto suo, & alterius assereret, ꝓut in renũciatione bñficij. & ita tenuit Lap.in d.clem.j.dicẽs esse de mente Calder.& sequitur Imola vbi etiam Bonif.Fede. de Sen.ĩ ꝯs.cxvij.Staphil.de literis gra.& Iust.& declara vt p eũ.

8 Tertiò amplia,etiam si attestatur de facto alterius coram se facto,vt per Aret.in c.cùm à nobis.de testib.& ibi Fel.Aretin.in consil.xxiij.Socin.consi.cclxvj.volum.iij.

Contrarium tenet Lap.in d.clem.j.ex mente Cald.& sequit̃ ibi Imol.Ego aũt credo primã opinionem esse veriorem,ne Papa de mendacio arguatur.Vel dici põt pro concordia, ꝙ Papæ attestatio probat præsumptiuè, ita ꝙ transferatur probatio in eum,qui ꝯrium asserere vellet.& ita procedat.j.opinio,non autem probet plenariè,ita ꝙ non possit cõtrarium probari.& ita procedat ij.opinio.Alex.consil.xv.volum.v.

9 Declara vt prædicta procedant si sit assertio , secùs si fuerit narratio,prout Ruin.in consil.xlj.volum.j.

Contrarium in hoc tamẽ ipse voluit in cons.cxlviij.vol.iiij.

10 Quartò amplia ẽt si Papa attestet̃ de eo, qđ fecit,vel vidit, dũ erat Cardinalis, vel in minorib.constitutus.capi.querelã.de ele.clem.j.versiculo,intelleximus autem.de reliquiis, & vener. sanct.gl.in cap.j.de renuncia.in vj.in versiculo, statuti.gl.in ca. ad Apostolicæ.in verbo, promisisset.& ibi Domi.de re iu.in vj. Aret.in capitulo,cum à nobis.de test.Præpos.ca.fin.qui matri. accus.poss.Fely.in d.ca.cum à nobis.Iason.in repet.l.admonendi.de iureiu.Fely.in .c.pueris.in fi.de sent.exc.Ro.in sing.clxxij.

11 Et propterea creditur Papæ etiam si attestetur de volũtate sui pdecessoris.Rom.in ꝯs.cccl.Car.in cle.j.& ibi Imol.de ꝓba. Alex.consi.cxij.vol.v.Rot.in antiq.dec.cxcvij.Iason,in cõs.lxv. volu.ij.Alex.in consi.xv.vol.v.Rui.consi.xxxviij.vol.j.& consi. clxxxviij.& consi.ccxv.volu.j.& consi.cviij.vol.ij.

Contrarium sentit Bonif.in d. cle.j.& contrarium inaduertenter.dicit Rebuff.in pract.num.16.

12 Quintò amplia idem esse in Imperatore,vel in Rege nõ recognoscente superiorem.Paul.de Cast.in consi.cccxxxix.vol.j. Car.in consi.cxxviij.Alex.in consi.xj.volu.vij.Ruin.consi.xxxj. vol.j.& consi.xlj.vol.j.Maria.iun.in consi.lxv.& in consi.lxvj.& consi.lxxvj.volu.j.& consi.xcij.vol.ij.

13 Et in quolibet alio Principe, qui saltem de facto non recognosceret superiorem,Alex.in cons.xv.vol.j.& Signorol.in ꝯs. clxxxv.Bertr.in consi.cix.vol.iij.& consil.xj.vol.ij.Ruin.qui loquitur in Duce Ferrariæ,in consi.xxj.volu.j.& in consil.xxxj.& consi.clxxv.vol.j.& in consi.cc.volum.ij.

14 Et ꝙ Delphinus habeat iura Principis supmi, & in eo locũ habeat cle.j.de prob.voluit Bertr.cõsi.xlij.& seq.vol.j.in antiq.

15 Et quod Dux Mediolani habeat iura Imperij in statu suo, Ruin.consi.lxxxiij.& seq.vol.iij.

Contrarium,ꝙ regula ista non habeat locũ nisi in Papa, voluit Gemin.in ꝯs.xcv.Paul.de Cãst.in cõsil.xlvj.vol.ij.Felin.in c. cũ à nobis.de testib.Alex.in consi.cxij.vol.vij.Ias.in consi.lxxij. vol.j.Dec.in cõs.dxxviij.& in cõs.ccclvij.Franc.Cur.in cõsil.lxj.

16 Limita primam opinionẽ in principib.recognoscentib.superiorem,vt per Car.cõsi.xxviij.Fel.in d.c.cũ à nobis.de testib. Soci.in cõs.iiij.& in cõs.lxxvij.vol.iij.Ruin.in consil.xcviij.vol. iij.vbi dicit,ꝙ regula nõ hẽt locũ in ĩferiorib. à supmo prĩcipe.

Contrarium ꝙ ista dispositio procedat in omni Principe , ẽt recognoscẽte superiorem,Aim.de antiq.temp.in j.part.nu.41.

17 Declara ꝙ licèt istis inferiorib.credatur , tamen in contrarium admittitur probatio,Barto.in l.ambitiosa.ff.de decret.ab ordin.facien.Socin.in consi.xxxvij.vol.iij.

18 Concordando autem has opiniones,dic,ꝙ aut quærimus de his,q̃ gesta sunt corã Papa,& tũc hec nõ admittũt ꝓbationẽ in ꝯrium:secus autem quo ad inferiores,quia tunc recipiũt cõtrariã probationẽ.Aut q̃rimus de his,quæ non sunt gesta corã Papa , & tũc hæc proculdubio ꝯriam probationem recipiunt. Ista distinctio expsè sumit̃ ex verbis Rui.ĩ ꝯs.ccxxvij.n.6.vol.j.

19 Sextò amplia, vt etiã mandatum probetur ex verbis narratiuis Papæ,Rui.consil.xlj.vbi declarat.in fin.& seq.volu.j.& in consi.cclxxvij.volum.j.& consi.ciij.volum.v.

20 Septimò amplia idẽ esse ĩ quacũq; Papæ dispositione,siue sit pura,siue sit ꝯdõnalis, siue sit modalis,& Papa attestet̃ de facto suo,hẽt locũ dispõ d.cle.j.vt ibi tenet Pau.de Eleaz.& Imo.

21 Octauò ampla si attestat̃ de his,q̃ sunt iuris,quia stat̃ ipsius assertioni,ita ꝙ nec ꝯria probatio admittatur. Anch.in consil. cclxxxviij.inci.vltra alia solemnia.Soc.in consi.lxxxvij.vol.iij.

22 Nonò amplia,vt etiam stetur assertioni ipsius Principis circa contractum à se factum,Ruin.in consi.ccxv.vol.j.

23 Decimò amplia,vt talis assertio Papæ probet contra laicũ subditum.vt dicit Ruin.in consi.ciij.& seq.vol.v.

48 Et ſimilem differentiã inter reſeruationem generalem,vel ſpecialem etiam facit Fel.ĩ c.in noſtra,in xxxvj. coroll.de reſcrip. Io.de Sylu.in tract.de benef.in iij.part.q.xj. verſic. & ſi diceretur: vbi ſi reſeruatio ſit ſpecialis, debet fieri mentio in impetratione de alterius detentione:ſecus quando reſeruatio eſt generalis.

49 Prout etiã ſimilem diſtinction.an Papa apponat manus ſuper beneficio certo,vel ſuper incerto:facit Bellam. conſ.xxxiiij. ver.ad ſecundũ.vbi tenet,ꝓ ſi Papa apponit manũ ſuper incerto beneficio in fauorẽ certæ perſonæ,& ꝓuiſio ſit nulla,tamẽ illud omnino remaneat ſibi reſeruatũ:ſecus verò,quãdo apponit manum ſuper certo beneficio ĩ fauorẽ certæ perſonæ,& nulliter ſit ꝓuiſum:nã tunc ſi appoſitio manus eſt inualida, etiã reſeruatio ceſſat:Anch.in capit.ſi beneficia.ver.ſuper ſecundo.de præbend. in vj.Caſſad.deciſ.iiij.de præbend.num.31.

50 Contrarium in principali limitatione voluit Rota in antiq. deciſ.ccccxxix.ver.quia propter decretum.vbi dicit,quòd generale decretum iuris nõ debet eſſe minoris efficacię,quàm decretum ſpeciale hominis:Caſſad.deciſ.prima,numero 2.& ſequ.de reſt.ſpol.Sarnen.in regu.de trienn. quæſt. xlix.numero 3.& ſeq. Aeneas in tract.reſeru.verſi.reſeruatio repellit.

51 Et in decreto generali notorio idem eſſe, quod in decreto ſpeciali tenet Rota in nouis deciſ.xvj.verſic.nõ obſtat prædictis. Caſſad.deciſ.j.de cauſa poſſ.& propriet.& deciſ.vij.num. 4.verſi. facit etiam deciſio.de reg.cancell.

52 Secundò limita principaliter,vt tale remediũ non cõpetat illum

illũ,qui occupauit poſſeſſionẽ beneficij,quã ſpoliatus lite pendẽte cõferat:vt in cõcluſio.noſtra prima,eod.ti.in 50.limitatione.

¶ Expeditis ampliationibus & limitationibus remedij cãp.reintegranda.percurrendæ ſunt aliquæ concluſ.in eius materia.

53 Et prima eſt cõcluſio,ꝓ remedio dicti canonis præſcribitur ſpacio xxx.annorũ:iſtud ſentit Ant.de Bu.i c.ſollicite.ĩfi.ver.q̃ro cũ gl.de reſt.ſpol.vbi Abb.n.94.ver.gl.vltima quærit.Soc.in l.rẽ, quæ nobis.ver.circa octauã principalẽ.de acq.poſſ.Luc.de Pen. in l.ſi coloni.q.xx.C.de agricol.& cenſit.lib.xj.Pau.de Ca.in cõſ. cv.vol.j.Alex.cõſ.v.ver.præterea ante quã.vol.iij.& conſ.clxvij. ver.Ant. Maynardus.vol.vj.Soc.ꝛſ.xxxix.ver.præterea remedio. vol.iij.vbi dicit hãc eſſe magis*cõmunẽ opi.Deci.cõſ.cccij.ver. & vlterius videtur,Balb.in tract.preſcrip.verſ.xxiiij. principaliter quæro,aliàs in iiij.parte quartæ pars.princ.in xxiiij. principali q. Pariſ.cõſi.j.n.155.vol.j.Ruin.cõſi.lx.n.14.& conſi.ciij.n.4.vol.j. Aim.in cõſ.cxxiiij.n.14.Marian.Iun.in cõſ.xlviij.vol.ij.Grat.ꝛſ. lxx.ver.non obſtat.vol.ij.Ruin.cõſ.lxix.nu.14.vol.j.& conſ.xliij. verſicu. ſed dato etiam. volum.iiij.Aimo de antiquit.tem.in iiij. parte.num.209.Bero.q.lxxxij.num.4.

Cõtrarium,quòd nulla præſcriptio etiam xxx.annorum operetur ad tollendum huiuſmodi remedium, voluit Imol.in capit. ſollicite.in finalibus verbis,verſi.in glo.fi.de reſtit. ſpol. Alex.in conſ.vj.verſic.& quod remedium.vol.iij.

54 Imò quòd etiam per ſpacium immemorabilis temporis nõ præſcribatur huic remedio:tenet Caſſad.deciſ.j.num. 1.de reſti. ſpol.& deciſ.vj. maximè in fin.eod.titu.& ita Rota ſeruat, prout ſeruari videmus in pluribus cauſis.& ponit Sarnẽ. vbi dicit hoc remedium eſſe perpetuum,& quòd illi non præſcribitur etiam per mille annos:in reg.de trienn.q.xj.in fin.

Contrarium tamen in præſcriptione immemorabilis tẽporis voluit Rota in nou.deciſ.cclix.Goza.cõſ.vij.ver. vij. vltra ſupradicta.Corſet.in reg.ſpoliatus.in vlt.fall.Abb.in c. j. ver. oppono vlterius q̃ tex.de reſti.ſpol.Aim.de antiq.temp.ĩ iiij.par.n. 175.

55 Defendendo opi.Dominorũ de Rota,& obſeruandã illorũ, dici poſſet, ꝓ deciſ.ꝓximè allegatę nõ concludunt, quòd probata ſpoliatione per tantũ tempus,excludatur hoc remediũ, ſed ꝓ per probationẽ poſſeſſionis tãti temporis excludit ꝓbatio probationis.qa quãdo quis poſſedit à tãto tempore, quod nõ extat memoria hominũ in contrariũ,non poteſt dici infrà dictũ tempus aliquem ſpoliaſſe: & iſta eſt ratio fundamentalis.d. deciſ.cclix.quam alij proximè allegati ſequuntur.

Tamen in præſcriptione etiam immemorabili intelligit hoc ꝓcedere Goz.ĩd.ꝛſ.vij.& Aim.de Antiq.temp.ĩiiij.parte n. 175.

56 Secunda eſt concluſio, vt in iſto remedio ſatis ſit docere de antiqua poſſeſſione ex parte agẽtis,& de recenti poſſeſſione ex parte quenti, ãbſq; eò,quod ꝓbetur ſpoliũ, vel queſtio, vel ꝓ ex cauſa iniuſta ceciderit à poſſeſſione.Inn.in c.poſt electionẽ,in fi. ver.vel.dic ꝓ hæc decretalis,de cõceſ.præb.Lap.allegat.lij.ver.d. meus.In.in c.ſæpe.ver.imò plus videt.de reſti.ſpol.Abb.ĩ c.cũ ad ſedẽ.n.28.ver.ſed circa iſtud vltimũ.de reſt. ſpol.Anch. cõſi.xlij. ver.verũ habemus.Calc.cõſ.lxv.ver.cõpetit etiã.Soc.in l.rẽ,quæ nobis.ver.circa ſeptimã q.& in cõſ.cclxxvj.Abb.in c.ſi diligenti. n.17.ver.nunquid antiquiori poſſeſſione.de præſcript.Alex.ꝛſi. vj.ver.& ad hoc oſtendendũ.vol. iij.& cõſ. xc.ver. quæ remedia. vol.v.Cor.ꝛſ.ccxlvij.n.20.vol.ij.ver.& circa merita cauſæ.& ꝛſi. xxxv.n.19.vol.j.Afflict.in deciſi.ccxxvij.Barba.cõſi.xxiiij.ver.ad hoc reſpondeo. vol.iiij.Im.in cõſ.cxj.in princ.Alex.cõſi.xcj.ver. & etiã ꝓbatur per teſtes.vol.v.Dec.conſ.cclij.nu. 2.ver. eſt ergo videndum Alex.conſ.xcviij.ver.circa libellum verò. vol.v.Iaſo. conſi.clxxij.ver.quod remedium.volu.iiij.Grat.in conſi.xl.nu.2. vol.ij.Maria,Iun.in conſ.cxxviij.nu.23.vol.ij.Io.Ant.Alex.in ꝛſi. iiij.nu.10.Gozad.in conſi.xcix.nu.5.Pariſ.in conſi.xcviij.nu. 24. vol.ij.Alciat,de præſump.in ij.reg.in xxj.præſumpt.num.10.

57 Et propterea dicitur,quòd probata poſſeſſione anteriori,re ipſa eſt probata ſpoliatio;Bald.in l.iij.verſi.& nota quòd ille.C.ſi à non compet.iud.Affli.deciſ.cccxxvij.Deci.conſi.ccliij.nu.2.

58 Contrarium in articulo principali, vt non ſufficiat probare poſſeſſionẽ anteriorem,ſed ſit neceſſe probare, quòd ex iniuſta cauſa ceciderit de poſſeſſione is,qui reſtitutionem petit:voluit Pau.de Caſt.conſi.cv.nu. 14.ver.ex quibus concludo.vol.j.

59 Imò is in iſto remedio in libello debet allegare ſe dominum ſecundum Paul.de Caſt.conſi.cv.verſi. poſſet etiam quartò.vol. j.refert,& ſequitur Grat.conſi.cxxiij.in final. verbis, volum.j.ſed hoc dictum non puto verum,ex præmiſſis.

60 Tertia concluſio eſt, nã quando intentatur iſtud remediũ ꝗ titulo poſſidentẽ,vel bonæ fidei poſſeſſorẽ,allegãdũ eſt, & dedu cendũ,ꝓ cõuentus poſſideret clam,vel p̃catio reſpectu antiquę poſſeſſionis,aliàs ſuccumberet: quia aliàs vbi ius poſſeſſionis eſt æquale,vinceret ille qui de dominio ꝓbaret:ita Bar.in l.ſi de eo. §.fi.ver.q̃ro ergo.ff.de acq.poſſ.q̃ loquitur,quãdo intẽtat inter-

dictũ,vti poſſidetis:& ibi Ang.verſic.in gloſ.ibi,quod eſt falſum & Imo,in verſi,& nota etiam.& Pau.de Caſt.verſi.ſi ergo faciam. Rom.verſicu.vltimò nota.Areti.in fi.verſiculo,& tenendo diligenter & ibi Alexander verſiculo, ex quo habes.

61 Et ĩ iſto remedio recuperandæ ex c.reintegrãda, ponit Soc. in d.l.rem,quæ nobis.ver.notabis tamẽ.de acq.poſſeſ. Alex.cõſ. cxviij.ver.item reſpõdeo.vol.ij.& cõſ.lxxxix.ver.item reſpõdeo. vol.v.Curt.Iun.in cõſ.xvij.verſic.duodecimũ,& vltimum.Brun. conſi.xxj.verſic.& in ſuper præſupoſito.Ioa.Ant.Alex.conſi.iiij. verſiculo,item dico.Pariſ.conſilio xij.num.8.volum.iiij.Dec.in conſi.lvij.Iaſ.in conſi.xxj.vol.iij.Ruinus in conſi.lvj.in fin.vol.v. & conſi.xlix.nu.13.eod.vol.& in conſilio cvj.in fi.volu.v.

62 Quam opinionem intelligo procedere,tenendo opinionẽ illam,quòd remedium c.reintegranda,nõ detur contra bonæ fidei poſſeſſorem habentem titulum à non vitioſo auctore,prout tenere videtur Doctores proximè allegati,quia tũc,vt ſpoliatus obtinere poſſet,deducendum,& allegandum eſſet, quòd nouus poſſeſſor poſſidet clã, vel precatio,reſpectu antiqui poſſeſſoris.

63 Sed tenẽdo aliã opi.quæ videtur magis* cõmunis,vt detur etiam ꝗ bonæ fidei poſſeſſorem, & habentem titulũ à non vitioſo auctore,tũc nõ eſſet neceſſariũ aliud deducere,niſi antiquam poſſeſſionẽ reſpectu agentis,& recentẽ reſpectu cõuenti,vt diximus ſupra in ſecunda cõcluſione. & iſtam intelligentiã ꝓbat Venat.cõſ.xcviij.verſ.ſed dicit D.veſtra,quã licẽt improbet Io.Ant. Alex.conſ.iiij.ver.itẽ dico,tñ iudicio meo in hoc malè loquitur.

64 Quarta concluſio eſt,qa remediũ d.c.datur ẽt ꝓ reb.mobilibus:vt colligitur ex mente Bar.in d.l.rẽ, quæ nobis.verſi.quarto quia prædicta.vbi concludit, dictũ remediũ dari etiã in terminis l.ſi coloni.C.de agric.& cenſit.lib.xj.quæ lex locũ habet in rebus mobilibus.& expreſsè hoc tenet Soc.ibi,verſ.circa quintã.Ripa in c.ſæpe.nu.22.verſ.an aũt cõpetat,de reſtit.ſpol.Iaſ.qui hãc dicit*cõmunem opin.in d.l.rem , quæ nobis.nu.19.Rip.in l.naturaliter.§.nil cõmune.nu.54.ff.de acq.poſſ.prout etiã diximus ſupra in prima concluſione huius tituli in ſexta ampliatione.

65 Quinta concluſio eſt,nã dictũ remediũ datur etiã pro rebus incorporalibus , Bart.in l.iij.§.vnde vi.ff.de vi,& vi arma.Bald.in ꝛſi.ccccxxv.volu.iij.Bertachin.in tract.de gabell.in quarta parte principali.verſ.xv.q̃ro.Soc.in d.l.rẽ quæ nobis.verſ.tertiò cõclude.de acq.poſ.Domi.in c.nullũ.el ſecũdo,ij.q.ij.Abb.in c.ſicut,in j.not.de re iud.in c.querelã.in iij.no.de electio.& nu.12.Fel.in c. conqueſtus.verſ.an aũt per præſtationẽ.de for.comp.Iaſ.in cõſi. clxxij.vol.iiij.Ripa in c.cũ eccleſia Sutrina.nu.101.de cauſ.poſſ. & propriet.Bouer.in ſing.de petit.& poſſ.nu.4.Afflict.ſup cõſti. poſt And.de Iſer.ibi ſub tit.de feud.impon.nu.13.& ſub titu.contra quem de reſtit.agat.nu.49.

66 Sicut etiam ꝓ annuis præſtationibus datur cõdictio ex capitulo,q̃relam.de electo.de quo remedio habet per Rot.in nou.dec. iiij.& in antiq.dec.cccclxvij.Abb.in c.cũ ſuper.in fin.de cau.poſ. & propriet.Io.de Sylu.in trac.de benef.in iij.part.q.xxxviij.

Primò amplia, vt id ꝓcedat tam in realibus,quàm etiã in ꝑſonalibus præſtationib.Bald.in conſ.cccccxxv.vol.iij.Ang.in l.ſi certis annis.C.de pact.Affl.deciſ.cccxcv.qui dicit hanc eſſe*cõmunem opi.canoniſtarum.Signoro.in conſ.ccxxij.nu.4.Fel.in cap. conqueſtus.in fi.de for.compet.Bigaſ.in tract.de penſio.q.xlviij. nu.1.Rip.in l.j.nu.3.ff.quor.bon.Aim.conſi.cxl.

Cõtrariũ voluit Corn.in l.ſi certis ann.& ibi Alber.C.de pact. Bart.in l.ij.in fi.ff.quor.bon.Bal.in l.iubemus nullã.in j.not.C.de ſacr.eccl.Inn.& Abb.in c.puenit.de cenſ.Roma.in ꝛſ.cccxj.in iij, dubio.Abb.in ꝛſ.xxiij.volu.ij.Guid.Papæ.q.dlij.Pract.Pap.in for. libell.in cauſa ſpol.poſſ.in glo.j.in fi.Curt.in tract.feud.in ij.part. princ.verſ.& idem videmus.Dec.in conſ.cxxxvj.Bert.ꝛſ.xxxviij. & conſil.cxx.vol.j.Rip.in l.j.nu.3.ff.quor.bon.vbi hanc dicit veriorem,& magis* communem opi.legiſtarum.Tiraq.de retract. cõſang.§.xxxij.in gl.j.nu.79.& in gl.vj.nu.12.ex quibus apparet hanc eſſe hodie*magis communem opin.

67 Secũdò amplia,quia pro annua preſtatione poterit clericus cõueniri etiam coram laico:vt latè tradit Tiraq.de retract.ligna ger.§.xxxij.in gl.j.nu.80.& ſequent.

68 Limita,quia ſi debitor recuſat ſoluere annuam preſtationẽ, quia vult ante omnia informari:non per hoc erit locus remedio d.c.querelam.de electio.ita Guid.Pap.in conſ.lvij.num.6.

Et declara hanc materiam; vt per Anch.in c.peruenit.de cenſib.& in c.querelam.& ibi per Bellam.latiſſimè,de electio.

69 Sexta cõcluſio eſt,quia iudiciũ ſuper dicto remedio eſt ſummariũ , ſicut quodlibet iudiciũ poſſeſſoriũ ſummariũ dicit , ꝓut in iſto remedio dicit Soci.in d.l.rem quæ nobis.in vj.q.ff.de acq. poſſ.& ante eum hoc idem voluit Bal.in c.j.verſi.iiij.opponitur. de ordin.cogn.Paul.de Caſt.in cõſ.iij.vol.ij.Dec.in conſ.cccclxvj. nu.13.Hipp.in ſing.dxliij.deciſ.Neapo.14.deciſ.lv.& deciſ.xcvj. nu.10.& deciſ.189.& deciſ.ccix.in nouis.

70 Septima cōclusio est, nā in isto remedio cōcluditur petēdo restitui rei possessionē: Io.And.in ad l.ad Spe.ī tit.de act.§.sequit. versi.sed certe.super verbo,h reditatē.Fede.de Sen.ꝓl.cclxxxiij. incip.cōsiliū latum.versi.nam verbū restitui.Ant.de But.in ca.cū ad sedē.ver.oppono secūdò.de rest.spol.Arch.ī c.reintegrāda.in pri.iij.q.j.Io.And.ī c.cū ad sedē.versi.ad de restitutionē resti.spol. Soc.in l.rem,quę nobis.vbi limitat,qñ dictū esset,liberè relaxari, vel liberè restitui,vt ibi in vers.aduerte tñ,& in ꝓl.cclxij.Ias.in ꝓli. clxx,vol.ij.Alex.cons.cxvij.vol.ij.& in additio.ad Bar.in l.si colo ni.C.de agricol.& censit.lib.xj.Ruin.in rubr.ff.de nou.oper.nūc. num.16,& idem voluit in cons.clxiiij.nū.7.vol.iiij.& idem tradit Marian.Iun.in cons.cxxviij.nu.8.vol.ij.

71 Declara,quia concluditur etiam per verba,rē restitui,qñ ex ꝑcedentibus apparet intentatū possessoriū,nā saluaē libellus per impropriationē.Ant.de But.ī c.cū ad sedē.ver.oppono ij.de rest. spol.Soc.in d.l.rē,q̄ nobis.in vj.q.principali.de acq.poss.Spe.ī tit. de restit.spol,in princ.nu.8.ver.nota ꝙ quidā iudices.Ant.de Bu, ī c.q̄relam.versi.circa secundā partē.de elect.Fe l.in c.inter dile ctos.ver.& istis ēt adde.de fid.instr.Abb.in c.bonæ.el ij.pillū tex. de postul.plā.Bal.in c.cū ad sedē.de rest.spol.Ias.in ꝓli.clxx.vol.ij.

72 Et idem est,qñ dictū esset in libello,rē ad se pertinere.Rot.in nou.dec.cccxcvj.Ant.de Bu.in c.j.ver.ex his decidit,de sequestr. poss.& fruct.& ibi Abb.nu.16.ver.sed circa hoc dubitat.Milis,in verbo,pertinere.Fel.in rubr.de rescr.ver.hæc aūt limitat.Ant.de But.in c.cū ecclesia Sutrina.ver.qñq; petitur.de cau.pos.& ꝓpr. Bal.in c.inter dilectos.ver.ibi pertinere.de fid.instru.Alex.ꝓl.xlij. vol.iiij.Ias.in d.§.nihil cōe,nu.184.& ibi ēt Ripa, num.198.ff.de acq.pos.Guid.Pap.sing.cccclxxiij.pract.Pap.in for.libel.ꝑ actiōe reali.in versi.spectare,& pertinere.Rot.dec.dlvij.& in antiquior. Bisig.v.de ꝓb.Fel.in d.c.inter dilectos.in text.ibi,admonitoriū.de fid.instr.Ripa in c.cum ecclesia Sutrina.de caus.pos.& ꝓpr.Soc. in d.l.rem quæ nobis.versic.& idem dicendum est.ff.de acq.poss.

73 VIII.Conclusio est,quia iudex in sententia lata in isto reme dio potest perpetuum silentium imponere. Rota in antiq.decis. ccxxj.Cassa.decis.j.de sentent.& re iudic.

Contrarium Zas.cons.vij.num.60.volum.ij.

74 IX.Conclusio est,nā in libello in isto remedio nō est necesse tps apponere.Soc.in d.l.rē,q̄ nobis.versi.dubitatur ēt & quartò. Pract.Pap.in form.libel.in cā spolia.possessionis,super verbo,in gressus,apostil.ad decis.Thol.cccx.in fi.Alex.cons.vj.versi.ij.re spondeo,vol.iij.Afflict.in dec.Neap.ccl.versi.sed quando agitur remedio.Dec.in l.certi condictio.nu.10.ff.si cert.petat.

Contrariū Ias.i d.l.certi ꝑdictio.ver.nō omitto tñ.ff.si cer.pet.

75 X.Conclusio est,ꝙ cōmissa causa petitorij, & possessorij,ex c.reintegrāda,pōt in solo possessorio ꝓcedi.Abb.ī ca.cū ad sedē. nu.7.versi.quæro sic fuit commissa.de restitu.spol.Alex.ꝓl.xcviij. versi.circa primum.vol.iij.Soc in d.l.rem quæ nobis.versi:v.pōt dubitari.Abb.in c.j.vers.aut quæritur nunquid causa commissa, de sequest.poss.& fruct.post Ant.de Butr.ibi.versi.si quæritur,an si.Cassa.decis.vlt.nu.7.& seq.de caus.poss.& propr.

76 Amplia, quia solus iudex ex officio etiā post causam cōmis sam super petitorio, & possessorio, & receptis ꝓbationib.super vtroq;,iudicio,pōt super solo possessorio cām diffinire:per tex.ī ca.ij.quē ita*cōiter Doct.intelligūt,de caus.pos.& ꝓpr.vt ibi di cit Abb.ver.ideò fortè.gl.post Ant.de But.ibi.vers.iij.respondet.

Limita si partes cōsentirēt,vt super vtroque simul iudex ꝑce deret:vt not.Rip.in d.§.nihil cōe.nu.172.ff.de acquir.poss.

77 XI.Conclusio est,vt in tali remedio ēt sit locus iuramēto in supplementum.Alex.cons.xcj.versi.plus dico etiam,volu.v.Soc. in d.l.rem,quæ nobis.vers.in hac causa possessoria.Dec.cōs.cclij. versi.& in quæstione nostra.

78 XII.Conclusio est,quia in isto remedio nō habet locū nomi natio.gl.in c.quicunq;,el j.in gl.j.ī fi.xij.q.ij.Archi.in c.reintegrā da,circa fi.ver.sed q̄ritur,si isti.iij.q.j.Domi.in d.c.quicunq;.vers. & hoc.Spec.in tit.de primo decreto.§.restat.versi.hoc ēt notan dū.qui volūt, ꝙ in iudicio possessorio non habeat locū notatio.

79 Et facit,quod notat Rot.in antiq.dec.lxxxv.vbi dicit quòd non habet locum nominatio, quando agitur personali actione.

80 Contrariū,ꝙ in iudicio possessorio locū habeat notatio:te nēt gl.in l.locū.in verb.si tabulæ.ff.de tab.exhib.Bart.in l.ij.versi. quæro extra gl.C.vbi in rē actio.& Abb.in c.quoniā frequenter. §.ꝙ si super.nu.51.vt lit.non contest.vbi distinguit, quod si cōue nitur quis facto proprio,non possit nominare:aliàs secus.quám distinctionem videtur sequi Soc.in d.l.rem,quæ nobis.versi.cir ca decimam.Idem tenet Ant.de Butr.in d.§.ꝙ si super.versicul.in actione personali.Mar.ibi.vers.vij.quæro.& ibi Imol.nu.52.ver. vltimò adde.Decis.Neapol.ccxvij.in antiq.

81 XIII.Conclusio est,nā in isto remedio veniūt fructus ꝑcepti tātùm,qñ cōuenitur bonæ fidei possessor: secus verò,quando violentus,qa tūc etiā de his, qui percipi potuerūt,tenetur violē tus.Rota,in nouis decis.xxv.Soc.in d.l.rem,quæ nobis.ver.circa vndecimam q.de acquir.possess.Rota in antiq.decis.dxcvij.& de cis.cxxx.in antiq.decis.xj.sub tit.de resti.spol.in antiquior.Bisig. Cassa.decis.vj.nu.3.de ꝓeb.gl.in c.cum causa.in gl.fi.de offic.de leg.Barb.in consi.xxiiij.versi.quòd imò dixit.vol.iiij.

82 Amplia, nam etiam ex sola mala fide teneri ad fructus per ceptos illum,qui conuenitur remedio canonis, reintegranda,te net.Socin.in d.l.rem,quæ.in xj.quæst.Paris.consi.cxxxviij.num. 32,vol.iiij.Rota in antiq.decis.ccccclxxxiij.

Idem tenet glo.in c.grauis.in verbo,fructus.versi.malæ fidei possessor.de resti.spol.& gl.in l.& ex diuerso.in princ.in gl.mag. versi.si verò sit malæ fidei.ff.de rei vend.tenet malæ fidei posses sorem sine titulo in percipiendis condemnari posse, secus verò, si titulum habeat,nisi in quatuor casibus,vt ibi per eam.

Quam opin.sequitur ibi Bar.versi.tertiò est videndū.& idem dicit gl.in §.si quis à nō domino.in gl.in verbo,cogitur.instit.de rerū diuis.& institutio.de offic.iudic.§.j.in gl.in ver.cū fructibus. ver.si verò malæ fidei.Cy.in l.certum.ver.secundo casu.C.de rei vendic.Abb.in d.c.grauis.nu.7.ver.nunc venio ad secundam.de restit.spol.post Ant.de But.ibi.ver.quidam sunt malæ fidei.

Idem dicit gl.in l.si nauis.in §.fin.in gl.in verbo,generaliter.ff. de rei vendic.gl.in cap. cùm non liceat.in glos.in verbo ,cū fru ctibus.in versi.si verò malæ fidei.xij.q.ij.& Spe.in titu.de fruct.& interes.§.primo,versiculo,si verò sit malæ fidei.& Petr.de Anch. ibi,qui dicit istam opinio.gloss.*communem,in versic.quartò quæro.& Imol.versicu.an autem malæ fidei.

83 Contrarium,quòd etiam malæ fidei possessor non teneatur de percipiendis,tenet Cyn.in l.certum.C. de rei vend. versic.sed secundum glo.& sequitur Cardin.in capitulo,grauis.versiculo, contrà euòd imò teneatur.de restit.spol.

84 XIIII.Conclusio, ꝙ in isto remedio nō requiritur, vt de ne cessitate auctor ꝓbet possessionē tempore spolij,sed satis est, ꝙ doceat se aliqñ ante spoliū possedisse:vt est tex.in c.olim.de rest. spoliat.Abb.in c.cū ecclesia Sutrina,n.20.versi.aduerte latius.de caus.pos.& prop.& in c.cū ad sedem.ver. nūquid hoc solū.& ibi Imo.nu.15.ver.in glo.iij.vbi dicit istud*communiter teneri.de resti.spol.Abb.in c.olim.ver.nota singulariter.& ibi Imo.ver.itē nota ꝙ sufficere videtur.cod.tit.Alex.cōs.cxxxiij. vers.nō obstat si diceretur.vol.ij.Spec.in tit.de poss.& petit.in §.j.in fi.ver.postre mò nota cōsiliū.Host.ī d.c.cū ad sedem.ver. nūquid hoc solū.& ibi Io.And.vers.in gl.iij.Rota in decis.cxxiiij.in nouis,Alex.in c. Pōtifices.ver.imò plus.vij.q.ij.Bal.in l.pen.C.si à nō cōpet.iudic. Cor.in cōsi.cxlvij.n.21.vol.ij.Ruin.cōs.xlix.n.2.vol.iij. Rip.in c. cū ecclesia Sutrina.n.32.vbi hāc dicit*cōmunem opi. de causa pos.& ꝓprie.licèt ipse ꝗrium teneat.& Cor.in ꝓl.cclxxx.ver.& ī super.vol.iiij qui loquitur in possessorio retinēdę:& Alex.cons. xxxiij.in fi.vol.iij.qui loquitur in possessorio adipiscendæ:& res pectu possessorij, recuperandæ,de quo loquit,ponit Bert.in cōs. clxxij.vers.non igitur,vt ꝑdixi.vol.ij.in nouis.& hoc qa in nostra materia possessorij recuperandę semel possidens semper ꝑsumit in futurum possidere, quando autem in alia materia hæc regula locum habeat,vide Alciat.in tract.presumpt.in ij.reg.in xxj.præ sumpt.& Bal.in l.Celsus.n.201.de vsucapion.& quo ad rē mobi lem,vide in conclusione nostra x.in tit.de præsumpt.in j.lib.

85 Contrariū, ꝙ in remedio recuperādæ possessionis nō suffi ciat ꝓbare quem aliquādo possedisse,sed requiratur ꝓbatio pos sessionis eius tēporis,quo qs fuit spoliatus: voluit gl.iij.in verbo vltimo,in c.cū ecclesia Sutrina.de causa poss.& ꝓpriet.& glo.in verbo,diutius.in cū ad sedē.de restit.spol.In.in c.qualiter, & qñ. el ij.ver.& sicut est in eo.de accus.Old.ꝓl.j.ver.ij.qa.& Ang.Aret. in §.quadrupli.n.20.ver.itē dixi ī libello.inst.de actio.& ī c.reme dio possessorio adipiscendæ,dicit Ang.Aret.ī §.quadrupli.ver.si verò ꝓbaret titulū.inst.de act.Cur.Sen.cōsi.lxxj.ver.quartū etiā addit.Rip.in c.cum ecclesia Sutrina.nu.32.de caus.poss.& prop.

86 XV.Conclusio est,vt ī isto remedio nō admittatur exceptio dominij,vt in cōclusione prima,suprà eod.tit.ī vlt.ampliatione.

87 XVI.Conclusio est,ꝙ de iure ciuili spoliat' nō potest suspen dere petitoriū post litem contestatā.Bart.in l.naturaliter.§.nihil cōmune.ver.in ij.casu.ff.de acq.pos.Rap.Cum.in d.§.nihil cōmu ne.n.23.ver.itē habitis.& idē Cum.ꝓl.xxxix. & Aret.in d.§.nihil cōmune.ver.iiij.adde.Alex.ibi.ver.ij.cōtra istam combinationē. Ias.ibi.n.41.ver.iiij.notabilis cōclu.& Ias.in l.j.ver. confirmatur quia.ff.de nou.oper.nunc.Inn.in c.ij.de causa poss.& ꝓpriet.ver. priº.&ver.itē nota,ꝙ si spoliator.Boue.ī verb.exceptio.fin.xxvij.

88 Contrarium Bolog.in §.nihil.cōmune.n.25.ver. circa secun dā cōbinationem.vbi videtur tenere,vt etiā post litem cōtestatā de iure ciuili possit suspendi petitoriū.& ibi Marmer. n.53.& ibi Dec.nu.32.ver.tertia cōclusio.Gozad.consi.x.nu.22.& nu.54.

89 Sed de iure canonico potest fieri ista suspēsio vsq; ad cōclu sionē ī causa,ꝑ tex.ī c.pastoralis,de causa pos. & ꝓpriet.& ꝑ tex.ī clem.j.

clem i.de causa poss.& ꝓpr.siue petitoriū sit à seipso,siue ab eius aduersario intentatum.Inno.in c.ex conquestione.in primis ver bis,de rest.spol.& ibi Abb.vers.quo ad secundum.Paul.de Castr. in d.§.nihil cōmune.in finalib.verb.ver.sed in vna cōbinatione. & ibi Claud.ver.quinimò fortius.Soc.ibi ver.sed aduerte etiam. & in regu.ccc.in j.fal.Rota in antiq.decis.lxix.& decis.cccxciij.in nou.& dec.ccclxxxij.Pau.de Cast.in ꝓl.cclxxvij.vol.j.& idē tenet Host.in c.ij.in fi.versi.sed & secundū dominum,& ibi Io.And.in ver.dicebat etiā Inn.de caus.pos.& propr.Imol.in cle.j.ver.an au tē ista suspensio.de caus.poss.& propr.& ibi Bonif.nu.66.& seq.

90 Alij fuerūt in alia opinio, ꝙ de iure canonico nō indistinctē in oībus causis spoliatus possit suspēdere petitoriū intentatum ab aduersario, sed tñ in causa beneficiali:iuxta tex.ī cle.j.de cau. pos.& propr.Cuma.cons.xxxix.Aret.in d.§.nihil cōe.vers.iiij.ad de.& ibi Ias.nu.41.vers.quarta notabilis conclusio.& ibi Alexā. vers.ij.contra istam combinationem.Soc.ver.sed aduerte etiam. ff.de acq.poss.Decis.Neapol.xxviij.in nouis.

Hoc autē, quod dicitur de iure canonico in causa beneficiali posse suspendi petitorium vsque ad causæ conclusionem,

91 Primò amplia,vt idē etiā sit in causa matrimoniali.Inn.Host. & Io.And.in c.ij.in finalib.verb.de causa poss.& propr.

92 Secundò amplia, idem esse in omnibus causis spiritualibus. Aret.in d.§.nihil commune.& Soc.ff.de acq.pos.

Contrarium in causa matrimonialitenet Cuma.in d.ꝓl.xxxix.

93 Hoc etiam, ꝙ de iure canonico in causa beneficiali suspendi possit petitoriū post lit.contesta.vsque ad conclusionē in causa,

Declara vt procedat ꝗ spoliantem, non autem contra bonæ fidei possessorem habentē titulū,eo casu,quo ꝗ illum compete ret remediū canonis,reintegrāda.Thom.Fastol.dubio xciij.Mil. in verb.possessorium.vers.petitorium cum possessorio.Soci.in l. rem, quæ nobis.versic.vltimò dubitatur.Matth.de Afflict.super const.sub rub.de violentijs circa possessio.num.68.

94 Primò amplia,quia nedū semel,sed pluries suspendi pōt pe titorium in eadem instantia ante causæ cōclusionē.Rot.in nou. deci.ccclxxxij.Milis,in verb.possessoriū cū petitorio.Ant.de Bu. in capitulo,pastoralis.versi.sed est dubium.de causa poss.& ꝓpr.

Contrarium, ꝙ nisi bis,vel semel tantùm, voluit Abb.in c.pa storalis.num.21.de caus.poss.& propr.

95 Secundò amplia,quia nedum in prima instātia vsq; ad cōclu sionem,sed etiā in secunda & tertia suspēdi pōt petitorium.Ro ta in nou.decis.cccxcvij.& decis.ccclxxxij.in nouis.Milis in versi. possessoriū cū petitorio.decis.Neap.xxxv.nu.6.in nou.& in dec. xlj.n.12.in no.Imol.ī d.cle.j.n.5.ver.ij.dicit gl.de cau.pos.& ꝓpr.

96 Primò limita, nā quo ad petitoriū intētatū ab aduersario su spensio fieri nō potest in causa appellationis post lit.contest.nisi in causa beneficiali,vel spirituali, non aūt in aliis causis:per text. in d.cle.j.de cau.pos.& ꝓpr.& dicit Rot.in nou.deci.ccv.& Ioan. And.in capitulo,pastoralis.de caus.pos.& propr.in verb.pēdēte.

97 Videt restringere nedū ad causam beneficialē,sed ita demū, si per appellationē cā sit ad curiā deuoluta: prout pōderat dictū Io.And.Abb.ibi nu.33.gl.in verb.beneficiali.in cle.j.de cau.poss. & propr.Anch.in d.cle.j.in iiij.oppos.& Bonif.nu.49.& seq.

98 Contrariū, ꝙ in omni cā idē sit, & specialitas causæ benefi cialis,iuxta tex.in d.cle.j.cōsistat ī eo, vt si causa appellationis ex partib.sit ad curiā deuoluta super causa beneficiali,deuoluit ne dū iudiciū petitorium, sed ēt possessorium,prout tenuit Paul.de Castr.in conf.cclxxvij.vol.j.quæ opinio fuit de mente Anton.de Butr.in c.pastoralis.versiculo oppono ꝙ nedum.de caus.poss.& propr.& eius dicta ita ponderat Abb.ibi num.33.& seq.

99 Et idem voluit Abb.qñ coram iudice ad quem pendere pos set vtrunq; iudicium & petitorium, & possessorium: vt ibi p eū, nume.34.versi.sed certè hoc dictum.& Card.in d.cle.j.in iiij.q.& Imol.ibi.ver.si autem libellus erat.Dec.Neapo.xxviij.in nou.nu. 2.cum pluribus sequentib.

100 Amplia,nam hoc quod dicit in cā appellationis, ꝓcedit ēt in causa supplicationis,& reclamationis ad Principem:vt p Dec. Neapo.xxviij.in fi.vers.secunda dubitatio est,in nouis.Afflict.su per constit.in prælud.q.x.nume.9.& est bona gl.in d.cle.j.in ver bo,per appellationem.& ibi Imol.versi.gl.per appellationem.& ibi Card.nu.12.in vj.q.de caus.poss.& propr.

101 XVII.Conclusio est,quia in isto remedio requiritur lit.ꝑe statio.Archid.in d.c.reintegrāda.iij.q.j.vers.& nota quod cū cle ricus.& ibi Domi.in vers.quæro an in remedio.Soci.in l.rē,quæ. vers.tertia dubitatio.apostil.ad decis.Thol.ccxxvj.Ias.in l.natura liter.§.nihil cōe.vers.stat ergo ex ꝑdictis.ff.de acq.poss.Alexan.in cons.ij.ver.& dato.vol.iij.& in d.§.nihil cōmune.versi.de ista ma teria:vbi hanc*cōem opin.affirmat.& ibi Ripa,nu.182.Rota in nou.deciij.in fi.de rest.spol.Soci.in c.quoniam frequenter.vers. lxij.fallit.vt lite non contest.Dec.in consi.ccciij.nu.5.ver.ij.quia. Rebuf.in tit.de mater.poss.artic.iij.in glo.j.in fi.

102 Et hoc maximè depēdet ab illo articulo, an in possessoriis requiratur litis contestatio.de quo per Bart.in d.§.nihil commu ne.versic.tertiò quæro.& ibi Alex.ver.iij.q.& ibi Ias.versi.tertiò quærit Bar.Alex.in cons.ij.vol.iij.

103 XVIII.Cōclusio est,nā in isto remedio ēt ꝗ laicum pōt per clericum Iudex ecclesiasticus adiri,qñ occupantur bona eccle siæ.gl.in c.cū dilectus.in verb.mortis.ver.& no.de eo,quod met. cau.Abb.in c.cū sit generale.vers.iij.no.de for.compe.Cald.in c. cū ad sedē.de resti.spol.Soc.idē tenet,in l.rē,q̄.ver.circa tertiū.ff. de acq pos.quod per iniustā rei ecclesiasticæ detentionem com mittat sacrilegiū saltē largo modo,& ꝓpterea possit ēt iudex ec clesiasticus adiri,Fel.ī c.cū sit generale.ver.& dū dicit,de for.cōp.

104 XIX.Conclusio est, quia condictio ex dicto canone nō in famat.Alex.in cons.vj.ver.ij.respondetur.vol.iiij.Dec.Neapo.ccl. in antiq.Soc.in cons.cix.vol.iij.

105 Et hoc intelligitur, vt etiam de facto non infamet:vt decla rat Dec.in l.certi condictio.nu.10.ff.si cert.petat.

106 Contrarium, ꝙ saltē de facto infamet,tenet Ias.in d.l.certi condictio.versi.non omitto tñ.ff.si cert.pet.Iac.in tract.de feud. in ver.& dicti vasalli pro dictis.Rebuff.ver.sed ne proceda mus.

107 XX.Cōclusio est,nam si impetretur rescriptū super spolio, licèt in libello exprimatur tenor aptus ad remediū canonis,rein tegranda,si tamen nō probetur spolium, impetrās tale rescriptū non obtinebit in isto remedio.Fel.in c.super literis.vers.,ꝓpterea Paul.de Castr.de rescr.Brun.cons.xxj.versic.& primò ex qualita te.& hoc ante omnes alios dixit Paul.de Cast.in cōs.cccxv.aliàs cons.cliij.versi.circa secundum.vol.j.

108 XXI.Conclusio est, vt in isto remedio nō sufficiat probare possessionē per vnum testem: vt tenet Dec.Neap.ccclxiiij.nu.4. in antiq.post Bart.in extrauag.ad reprimendum.nu.10.Cagnol, in l.in pari.nu.8.ff.de reg.iur.Grat.in consil.100.nu.7.vol.ij.

Contrarium Dec.cons.cclij.versic.restat duntaxat.vbi tenet ꝙ salrē deferatur iuramentū in supplemētum, vt dicit ēt Alex.cōs. xcj.ver.plus etiam dico.vol.v.Grat.in consi.xlij.nu.6.vol.ij.Deci. in cons.lvj.nu.1.& in cōsi.dclxiij.nu.2.vbi loquitur in interdicto retinendæ.Calcan.in cons.x.nu.16.Matth.in singu.ij.

109 Et ꝙ in isto remedio sufficiat probatio per solam famā,te nuit Anch.cons.xlij.ver.verum habemus.refert & sequitur Hip. in l.de minore.§.plurimum,versic.item etiam scias.ff.de quæst.& idem voluit Dec.in c.j.nu.17.de appel.

Sed quia iste articulus pendet ab alio,vtrū in possessoriis iudi ciis sufficiat ꝓbatio per vnū testē,vel ꝑ famā,de quo vari e Doc. sententiæ reperiuntur, ideò circa hoc nunc vlterius non insisto.

110 XII.Conclusio est, quia in causa beneficiali qs nō obtinet in isto remedio, nisi iustificauerit suā possessionē ex aliquo titu lo colorato.Inn.in c.ex parte.ver.& eodē modo.de restit.spol.& in c.in literis.versi.tñ ad hoc,eod.tit.Arch.in c.j.ver.ad hoc ēt.de eo,qui mit.in poss.causa rei seruand.in vj.Paul.de Cast.in consil. cclxiij.in iij.artic.vol.j.Rota in nouis.decis.cclvij.ver.allegabā ēt. & decis.iiij.in fi.versi.alia additio.in nou.& dec.lxv.in antiq.Ant. de But.in c.ī literis.ver.oppono & aduerte hic.de rest.spol.Cassa. decis.iiij.n.6.de rest.spol.& dec.viij.nu.2.eo.tit.Rot.dec.dclxxix. in antiq.Aegid.deci.xlix.& dec.xcix.Sarn.in reg.de annali.q.lvij. nu.5.& 6.Afflt.super Consti.aliàs sub rubr.de viol.circ.poss.num. 42.& seq.Rot.in nou.dec.xiiij.in prin.Aegid.dec.xvij.in prin.gl. prag.sanct.ver.aut agitur in possessorio,cū plurib.seq.Guid.Pap. deci.lxxxv.& sing.ccxxxj.Deci.Neap.vj.nu.2.& seq,in nou.Rota in nou.dec.cccxciij.vers.ꝙ aūt agens interdicto.vbi dicitur, hoc esse magis de stylo,quā de iure receptū,Aegid.consi.iij.vers.nec obstat ꝙ petat,& ꝓl.x.ver.tertia ratio principalis.Staph.de literis grat.& iusti.Paris.ꝓli.xij.nu.2.vol.iiij.Alex.in l.naturaliter.§.nihil cōe.nu.25.ver.octauò fallit.& ibi Ripa,nu.71.ff.de acq.poss.Frā. in c.ad decimas.ver.in beneficialib.de restit.spolia.in vj.Pauin.in prælud.super extrauag.Io.xxij.vers.& idē in decis.Præpos.in cap. porrò.ver.xvj.fallit.de diuor.gl.fi.in cle.j.de caus.pos.& ꝓpr.Ioā. And.in addi.ad Spec.super rub.de rest.spol.in prin.Oldr.in cons. j.ver.iij.quia ad hoc.Sarnen.in regu.de trien.q.xxiiij.nu.3.Feli.in rubr.de except.ver.tñ exceptio.Imol.in cle.j.versi.gl.sola,de cau sa pos.& propri.& ibi Bonifac.n.60.Card.in capi.in literis.versi. fallit in casu.de resti.spol.Dec.in l.fi.nu.19.C.de edict.Dini Adri. toll.& idem in consi.ccxx.Ioan.de Sylu.in tracta.de Benefic.in ij. parte.quęst.xxv.

Et alij, quos posuimus in cōclusio.nostra prima suprà eodem titul.in xix.limit.

Contrariū Abb.in c.in literis.de rest.spol.ver.sed in beneficia lib.& Præpo.Alex.in c.ij.ver.in ead.gl.iij.q.j.Dom.in ꝓl.cxlviij.& in consi.lvij.Marmer.in §.nihil cōe.nu.23.ff.de acq.poss.Imol.in c.in literis.versi.quid autem si agatur.Card.in cle.j.in ix.opposit. de caus.poss.& proprie.Hostien.in capitu.ex parte.versicul.nam quantum ad possessionem.de restitutio.spoliato.& ibi Petrus de

Anchar.ver.sed contra istā determinationem.Host.in c.ex transmissa.ver.est ergo hoc possessorium.de resti.spol.& in summa,in tit.de rest.spol.§.quando facienda.versi.quid ergo.in vltima opinione per ipsum relata. Abb.& Anto.de Butr.in c.ex literis,& in c.cū ad sedē,de rest.spo.Soc.in l.rē,q̄ nobis.nu.17.ff.de acq.pos.

111 XXIII.Conclusio est, quia condemnatus vigore huius remedij,debet actualiter possessionem restituere,nec liberatur præstando fideiussores de restituendo: vt firmat Archid.in cap.quia sæpe.de electio.in sexto.quem refert,& seq.Luc.de Pen.in l.si coloni.C.de agric.& cens.libr.xj.

112 XXIIII. Conclusio est, quia spoliator conuentus remedio reintegrandæ, non potest obijcere exceptionem retentionis ratione impensarum,& melioramentorū in re factorū.Alex.in ꝯs. cliiij.nu.4.vol.vj.& idem voluit Curt.Iun.in consi.clxv.quod intellige in malæfidei possessore prout loquuntur Doct.alleg.

113 XXV.Conclusio,quia in hoc remedio ille dicitur iudex cōpetens,qui est iudex ordinarius ipsius rei cōuenti: vt tradit Soc. in l.rem,quæ nobis.nu.11.de acq.poss.

114 Et hoc regulare est,cùm semper actor debeat sequi forum rei.cap.cum sit generale.de foro compe.& l.iuris ordinem.C.de iurisd.omn.iudi.

115 Limita, qn̄ spoliator & spoliatus essent clerici,& spoliatus ageret corā iudice laico, in cuius territorio existeret beneficiū, super quo cā versaretur,qa tūc ipse iudex laicus ī hoc casu iudex cōpetēs diceret,cū causa possessorij non spiritualis, sed secularis cā appelletur.Affl.decis.ij.nu.2.& seq.& decis.xxiiij.nu.9.Abb.in c.literas.nu.7.& seq.de iura.calum.Guid.Papæ,deci.j.& dec.lxxi.& dec.lxxxv.Grammat.dec.lxxvij.Ripa qui hanc dicit veram, & *communem opin.in rubr.de iudiciis.nu.9.Boer.deci.lxxix.nu.13.Igne.in l.necessarios.in §.non alias,in ij.parte.ff.ad Syllan.Guliel.Benedict.in ca.Raynutius,in verb.& vxorem nomine Adelasiam.nu.39.de testa.

116 Secundò limita, conclusionem non habere locū, quando in spolio esset commissa violentia; quia tunc agi potest corā eo iudice,sub cuius iurisdictione violentia fuit illata, etiā si nō esset iudex ordinarius ipsius spoliatoris,gl.in l.j.in fi.vbi no.etiam Bal. C.de interdict.Alberi.in l.j.nu.13.ff.eod.tit.Tiraq.de retract.cōsang.§.viij.in gl.iij.num.10.

117 Tertiò limita, si cleric⁹ possessione rei ecclesiasticæ spoliaretur,quia tunc spoliator sub iudice ecclesiastico conueniri posset,vt suprà dictum fuit in xviij.conclusione.

118 XXVI.Conclusio est, quia in hoc iudicio legitimatio personarum est facienda.Bartol. in extrauagant.ad repremimen.in verbo.summariè.Bald.in l.fina.q. v.C. de edict.Diui Adrian.tollend.& ibi Ias.nu.4.Ias.in Rubr. C. qui admitti.nu.4. Gerard.de Petr.san.in sing.xxiij.Aimo in consi.ciiij.nu.1.

119 XXVII.est Cōclusio,vt in huiusmodi iudicio, libelli oblatio sit necessaria:vt tradit Spec.in tit.de libell.cōcept.in §.nūc dicendum,ver.xxiiij.& ver.xxvj.Inno.in c.j.& ibi Abb.nu. 14.de libell.oblat.Soc.in l.rem, quæ nobis,nu.14.ff. de acq. pos.Ripa in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.197.pract. Papin. in forma libell.in causa spoliat.pos.Marian.in c.j.in lij. & liij.fallen.de libell. oblatio.& ista videtur magis *communis opinio.

120 Contrarium tamen voluit Luc.de Pen.in l.si coloni.q. xix. & ibi Io.de Plat.versi.& ex prædictis.C.de agric.& censit.lib.xj.

Et quòd in summariis non sit necessaria libelli oblatio:tradit Ro.in consi.dcix.& idem Hippo.in sing.cij.

121 XXVIII.Conclusio est,quia spoliator nō est aliqua dilatio ꝯcedēda ad ꝓbandū,nisi quādo spoliatus agēs nihil, nec plenè, nec semiplenè ꝓbauit.Cassad.deci.ij.de dilatio.& deci.iij. eo.tit.

122 XXIX.Conclusio est, quia remedium hoc non potest cumulari cum remedio interdicti vnde vi,vt tradit Socin.in l.rem, quæ nobis,num.15.ff.de acq.poss.

123 XXX.Est conclusio,nam etiā si spoliator continēti offerat probationes sui dominij,nihilominus spoliatus ante omnia debet restitui.Abb.post gl.in c.j.nu. 5.de restitut.spo.Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune. numero, 20.& ibi Ripa, num. 52.ff.de acquirend.poss. Luc. de Penn.in l.si coloni.quæstione. 22. C.de agricol.& censit.libr.xj.Dec. in consilio,lxxxiiij. & consi.lvij.Ias. in consi.clxij.vol.ij.Boer.decis.ccxxxviij.num. 2.qui pluries allegat.vide & declara,vt suprà in regula,spoliatus.

124 XXXI.Conclusio est,quia à sentētia lata, ī hoc remedio de iure Canonico permissa est appellatio.c.j.de causa pos. & ꝓprie. cap.cū ad sedē.& ibi Abb.Io.And.Anch.Fel.& cōmuniter*alij, de restitut. spol.Spec.in tit.de appel.§.in quib⁹.in ver. sexto casu. Bal.in l.j.& ibi Sal.qui hāc dicit*cōmunem opi.C.si de momēt. pos.Feder.Sen.in cōs.lvj.Bal.in cōs.ccclxxix.& in cōsi.cxlj. volu. j.Card.in Clemen.j.per illū text.in j.oppositione, de sequest.pos. & fru.pract.Pap.in forma libelli in caus.spoliat.poss.in verb.per nostram diffinitiuam.nu.3.Angel.Aret.in l.fi.§.iussus.ff.de appel. Alexand. qui hanc dicit cōmunem opinionem in consi.xcix. vol.v.Guido Papæ in sing. ccclvij.Curt.in consi.clxviij.Dec.in l. j.C.de bonor.pos.secund.tab.& in consi.xxviij.Decisio.Tholos. ccccc.& ibi apostill.Grat.in consi. xvj.nume.16.volu.ij.vbi dicit communem opinionem.& idem dicit in consi.clxiij.eo.volum. Affli.qui etiam dicit communem,in decis.cclxix.num.2.

125 Sed tamen de iure Ciuili in causa possessorij prohibita est appellatio:per tex.in l.j. C.si de momen. posses. licèt in veritate tex. ille hoc nō dicat,sed tantummodò dicit quòd per appellationem non suspenditur effectus sentētiæ.& ita illum tex.declarat Bar.in l.ij.ff.de appel.reci.& idem dicit Ang.in cons.cvij.ver. nec obstat.Pau.de Cast.in consi.lxxv.vol.ij.& in cons.xxxix.vol. j.prout idem dicit Affl.decis.cclxix.Guido Papæ q. xxxvij.

126 Sed ꝙ de iure ciuili in causa possessorij sit ꝓhibita appellatio,tenēt* cōmuniter Doct. Bar.Bal.& Sal.in d.l.j.C. si de mom. posses.Inn.in c.significantibus.de oper.no.nunci. Spec. in tit.de appell.§.in quib⁹.ver.sexto casu.Fulg.in ꝯsi.cxlv.ī ij.dubio. Ang. in ꝯsi. xlvj.Feder.de Sen.in ꝯsi.lxxvj.Ang. Are.q dicit cōmunē* opi.in l.fi.§.pen.ff.de appel.Cor.in ꝯs.x.vol.iiij.vbi dicit cōmunē. Alex.in cōs.cvj.vol.iij.& in cōs.lxxvij.eod.vol.Calca.in ꝯs.lxxxij. Dec.in cōs.xxviij.& in cōs.xlix.Dec.Tholo. ccccc. & ibi apostil. Hippo.in l.j.C.de rap.virgin.Paris.in cōs.cviij.vol.j. Grat.ī ꝯs.clxiij.vol.ij.vbi dicit cōmunē.Boer.in sing.xxij.in verbo,appellatio.

Hec autem conclusio multis modis declaratur, ac limitatur per Doctores in locis suprà allegatis,quas limitationes breuitatis causa in præsenti non refero.

De Præscriptionibus.

CONCLVSIO I.

ARGVMENTVM.

Præscriptio seu consuetudo immemorabilis temporis quid operetur.

QVAMPLVRES parit effectus Præscriptio, seu Cōsuetudo immemorabilis, quorū nōnullos nō inutile mihi visum fuit breuiter in vnū redigere.

1 Primus effectus est,nā præscriptio immemorabilis habet vim priuilegij à principe legitimè obtenti.Tex.est in ca.super quibusdam.in §.præterea.& ibi no.glo. in verbo, non extat.in princ.& ibi Host.in versi.nota diligenter. de verb.signific.Anto.de Butr.in c.peruenit.ver.hæc determinatio.de censib.Domin.in c.Catholica.in fi.xj.distinctio.Bal.in ca.j. in tit.quæ sint regalia.Ias.in l.de quibus.versi.nota ēt.ff.de legib. Fel.in c.cum contingat.versi.tertius casus est.de foro compet.& in capit.causam.versi.signa theoricam.de pręscriptio.& in capi. accedentes.ver.tertius casus.eod.ti.Alex.cons.vj.vers.sed ita est. vol.j.& ꝯs.cxxiij.ver.vsus eñ,vol.v.& ꝯs.lxx.ver.& ideo dicit.vo. iiij.& ꝯs.lij.vers.quia talis cōsuetudo.vol.v.Cuma.ꝯs.lxxxiij.vers. de tempore aūt.Soc.in cons.vij.nu.4.vol.iij.Corn.cons.xxij.vol. j.& in ꝯs.cclxviij.vo.iiij.Imo.in l.si publicanus.§.in omnibus.ver. nā talis diuturnitas.ff.de publican.Rom.ī l.vectigalia.ff.eod.titu. Bal.in l.si qs ad declinandā. vers. secūda quæstio. C.de episcopis & cleric.Abb.ꝯsi.xciiij.ver.præterea certū est.vol.j. Are. in ꝯs.xv. ver.habet eñ cursus.Ias.in l.quominus.ver.intellige tamē. ff.de flumin.Andr.de Isern.in cap.j.§.præterea ducatus. nu.16.de ꝓhi. feud.alien.per Feder.& in cōst.Regni,nu.16. Afflict.in præludiis cōstitu.quæst.ij.& super cōstitu.sub rubrica de homin.non tenē. nume.10.sub rubrica de official.reprobat.n.2.& sub rubrica de præscript.ca.quadragenalem.nu.3. Abb.in ca.cū nobis.nu.4.de præscrip.Im.in l.j.§.denique.ver.itē adde.ff.de aqua pluuia.arcē. Dec.cōs.ccclxxiij.n.1.& seq.& ꝯs.lxxxv.n.2.& ꝯsi.xj.ver.& præsertim.& cons.cclxxj.nu.3.& ꝯs.ccccxcvj.nu.5.& seq.Salyc.in l. vectigalia.ver.quæro an ius exigendi.C.nou.vecti. Cy.in l.j.vers. credo quòd longissimo.C.eod.Pau.de Ca.in l.si publicanus.ver. item allegatur.ff.de public.& ī l.Imperiū.ver. sed dic ꝙ imò ff.de iurisd.omn.iudic.& ibi Ias.ver.circa primū. Pau.de Cast.ī l.seruitutes.la tertia.ver. est alius intellectus.ff.de seruitu.Bal.ꝯsi. cccliij. vol.j.Io.de Anan.in c.ij.ver.adde etiā prædictis.ver.ex quibus.de cler.venat.Card.in capi.cùm apostolica.versic. melius est.de iis, quæ fi.à prælat.Franc.in cap. primo,in secūdo notab.de cōsuet. in sexto.Cor.cōsi.xxiiij.vol.quarto.Iacobin.in tract. de homag. versi.si autem,Curt.Sen.consi. vigesimoseptimo. nu.4.Bertach. in tract.de gabell.in vij.quæst.numero 26.& seq.Iason in consil. ccviij.versicu. tertiò & notabiliter. volumine secundo. Felinus in capitulo,cùm ex officij.versicu.limita quartò. de præscriptio. Soc.in consi,ccxxvij.versiculo,& eo maximè.& consilio clxxxj. Alexand.in disput.sua incip.Sigismundus,ver.& hoc confirmatur,versiculo,sed in cōsuetudine.versicu. nec obstat,ꝙ vsurpāti. & ver.

& versiculo,vel dic,ꝙ præscribitur.versiculo præterea si spatium tanti temporis.Card.consi.lxxxviij.Iaso.cons.ccix.vers.sed condescendo.versi.non aūt procedit.vol.ij.Alex.in cons.cvj.volu.ij. Curt.in tract.feud.in ij.part.versiculo,istam etiam opinionē,Barbat.in consi.xxxv.vers.& tertio ego præmitto.vol.ij.& consi.xlj. vers.quinimò plus.vol.j.Fel.in capitulo,cùm nobis.versicu.quia secundum.de præscriptio.Curt.Iun.cons.xx.versi.& in primis.& ꝯs.lxj.ver.secūdo principaliter.& ꝯsi.lxviij.in princip.& ꝯs.clviij. versi.sed in proposito.& in tracta.feud.in j.parte.ver.& quidem. Mant.in consil.xxxviij.nume.12.Grammat.vot.xij.num.9.Paris. in cons.cxj.nu.33.& nu.49.volu.j.& consil.xxvij.nu.33.volum.j. Maria.Iun.consi.lxxvj.numer.54.& nu.92.vol.j.& consi.xlix.numero 23.eodem volumine. Alexand.consi.xxiiij.versiculo, alio insuper.volum.v.& consilio trigesimoquinto, versicu. & etiam consulto.volumine secundo,& consilio cvj.versi.vj.per id.volu. ij. Grat. consilio lxj. numero 29. & sequ.volum.primo, Lofred. in consi.xl.numero 48.Bertrand.consilio cxxviij.numero 3.volumine ij. Aimo de antiquita. tempor.in iiij.part.nu. 127.Decis. Neapol.ccliiij.vers.vnde omnes Domini.in antiq.Gozad.consi. octauo,num.37.Cæpoll.in tracta.serui.vrban.præd.in xix.q.ver. & pro hoc adduco.Chassan.consilio xxxiiij. numero 7.& consi. xvj.versiculo,& etiam quia.consilio lxvj.nume.51.& in consuetud.Burgund.Bero.quest. cxiiij.

2 Et ideo dicitur,ꝙ consuetudo tāti temporis priuilegio æquiparatur,vt dicit Babat.cōsi.xxxv.ver.& ego præmitto. volum.ij. Alex.cons.lxx.ver.item cōsuetudo. volumine quarto. Bald.in c. j.in tit.quę sint regalia.versic.item quod ex tali.Isern.in capitulo primo,§.præterea ducatus.n.16.de prohib.feud.alien.per Feder. Cyn.in l.j.ver.item talis cōsuetudo.C.nou.vectigal.Sal.in l.vectigalia.eodem tit.Bald.in consi.xlix.volum j. Anchara.in consilio cxlij.versi.quo ad primum.& cōsilio lj. Fulg.cōsi. clxvj.ver. item per priuilegium.Io.de Ana.in ca.de hoc.versic.de consuetudine tamen.de simon.& in capitulo ij.versi.adde etiam.de cler.venat. Oldrad.consilio lxxij.versiculo.sed ad hæc.Signorol.Homod.in consi.ccxlix.ver.& præterea,hoc videmus.Afflict. super cōstitu. in tit.de præscript in cap.quadragenalem. num. 3. Curt.in tract. feud.in ij.part.versiculo,istam opinionem.

3 Primò amplia,vt pręscriptio tāti temporis habeat vim priuilegij etiā in reseruatis Principi,vt est tex.in dict.ca.super quibusdā.§.præterea.de verb.signifi.gl.ī capitulo, innouamus, ī verbo, Regum.de censibus.Bar.ī l.quominus.in secūda quest.ver.itē habet licitè.ff.de flum.Abb.in d.cap. super quibusdā. ver.ī gl.in verbo,non extat.& in cōs.xciiij.ver.sed his nōn obstantibus. volu.j. vbi loquitur in reseruatis Episcopo, vel aliis prælatis. Bart. in l.si publicanus.§.in vectigalibus.in princ,vbi loquit in vectigalibus. ff.de publican.& idē dicit in l.vectigalia.ff.eodem. Iser. in capit.j. §.præterea ducatus.numer. 16.& seq.de prohib.feud.alie.per Feder.qui loquitur in demanijs Regni,vel Imperij.

4 Alex.cons.xxxv.vers.& etiam consulo.volum.ij.qui loquitur in collectis subditis imponendis, licèt collectæ non sint de reseruatis principi:vt dicit Fely.ī capitulo,cùm nobis.ver.demū nota vnum.de præscriptio.Martin.de Laud.in tracta.de princ.q.clxxj. qui loquitur in regalibus.quē refert,& sequitur Felyn.in d.capi. cū nobis.Soc.in cons.vij.numer.4.volum.iij.Ias.qui expressè loquitur in reseruatis,in cons.ccvij.versi.tamen ea.volu.ij.Abb.in capitulo cum nobis.qui loquitur in reseruatis.de p̄script.& in c. ꝙ translationem,in secundo notab.de offic.leg.vbi idem dicit.& in capitulo,cū contingat.ver.quædam sunt reseruata.de for.cōpet.Bal.in l.j.versi.sed in casibus.& in ver.tñ bene præscribitur.q loquitur in rebus Cęsaris.C.ne rei domin.& in l.cùm ꝓponas.in vj.notab.C.de naut.fœn.Ancha.consi.cxlij.ver.quo ad primum. Anto.de Butr.in cap.per venerabilem.ver.idem mihi videtur dicendū.qui fil.sint legit.Aret.in l.more.versi.sed ꝯ hoc facit.ff.de acquir.hære.Bald.in cap.j.ver.quædam nituntur.in titu.quæ sint regalia.Imol.in l.si publicanus.§.in omnibus.in principio.ff.de public.& in l.j.§.deniq;.vers.item adde.ff.de aq.plu.arcend.Prep. in c.per venerabilem.qui fil.sint legit.Anto.de Butr.in c.ꝑuenit. ver.per hoc apparet,de censib.Spec.in tit.de caus.poss.& propr. §.quia verò.versi.quid de colligentib.Salyc.in l.iij.versi.vlterius vide.C.de naut.fœ nor.Paul.de Castr.in l.seruitutes.la tertia.ver. est alius intellectus,ff.de seruit.Abb.in c.ij.num.11.de immunit. eccle.Ioan.Prob.in addit.ad Io.Monac.in capit.j.nu.23.de præscrip.in sexto.Ias.in l.Imperiū.versi.etiā si sint de reseruatis.& ibi Caccial.num.23.ff.de iurisdic.omn.iudic.Afflict.qui loquitur in bonis demanialibus Regis in prælud.cōstit.quæst.vigesimaquarta,num.7.& super cōstitut.in rubrica de præscriptio.in cap.quadragenalem.numer.3.& in titu.de ꝓbatio.per instrumēta.n.10. & seq.Alex.cōsi.lxx.ver.& ad hoc etiā.volu.iiij.& in disputa. incip.Sigismundus.ver.& hoc cōfirmatur.ver.nō obstat.Car.q loquit ī Rega.ī ꝯs.xxxviij.ver.ij.qa ꝯmunis.Bertach.ī trac.de gabel. in j.q.nu.26.& seq.ver.x.q̄ro.Guid.Pap.consi.lvj.in prin.Signor. in consi.ccxlix.versi.item cursus tanti temporis.Paris.in c.cū nobis.nu.4.de præscr.Frā.in c.j.in ij.notabili.de consue.lib.vj.Balb. in trac.præscr.in ij.part.quintæ partis prin.in iij.q.nu.14.& in vj. q.secundę partis iij.par.prin.nu.25.Roch.ī c.fi.ver.limitatur aūt. de cōsuet.Guid.Pap.consi.lxv.in prin.& cons.cl.nu.4.vbi loq̄tur in vectigalibus.Bal.in consi.ccj.in fi.vol.ij. Chass.in cōsue. Burg. ver.& hēt.Cur.Iun.consi.xx.nu.6.& consi.lxj.qui loq̄tur in collectis.Dec.consi.cclxxj.nu.3.& consi.ccccxcvj.nu. 5.Lofred. cons. xl.nu.48.Paris.in consi.cj.nu.6.vol.j.& consi.xxvij. nu. 31.& nu. 78.vol.j.Bertr.consi.lxix.ver.quo verò ad id.vol.iij.Dec. consi.cccxlj.ver.& patet ex omnibus.Grat.consi.lxj. nu. 21.vol.j. Aimo de antiq.temp.in iij.parte,nu.129.

5 Hinc est vt illud q̄d nō est cōcessibile priuilegio,non possit ēt acquiri p̄scriptione tanti tp̄is.Bellamer.consi.xxvij. Afflict. super Const.in tit.de prob.per instr.nu.11.& in tit.de præscr.nu.19.

6 Quod tñ declara,vt procedat respectu concedentis tantum, contra quem ista præscribi non possunt, secus quo ad alias personas.ita Aimo notabiliter declarat in trac.de antiq.tēp.in quarta parte,nu.213.ver.sed aduerte.

7 Secundò Declara,ꝙ istud dictum Bellame.procedit, qn̄ illud est omninò incōcessibile tam respectu dantis, quàm ēt respectu accipientis,secus si ex parte dantis tantùm esset prohibitum alienari,sed ex parte accipientis minimè prohibita esset acqusitio, prout declarat Aimo in libro superius allegato.

8 Et licèt Ias.in l.quo minus.nu.42.ver.ij.ratio.ff.de flum.teneat quòd huiusmodi pręscriptione pręscribantur ēt ea quę aliàs de sui natura essent impræscriptibilia,

Tñ eius opinio reprobatur,vt per Card.consi.lvij.nu.3.& fuit de mente Io.Monac.in c.ij.ver. item tempus. de præscriptio. lib. vj.& ibi Io.And.ver.cùm ergo decimę.Chassan.consi.xxxiiij.nu. 11.& in consuet.Burg.ver.contra tamen omnia.

9 Secundò amplia,vt conclusio procedat ēt,quo ad ea, in q̄bus ius cōe repugnat possidenti, vt est qn̄ quis in alieno territorio, vel in aliena parochia possidet.c.j.de p̄scrip.in vj.Card. in cōs. lxxxviij.ver.itē fine.& consi.cxviij.ver.venio ad aliud.& cons.xxxviij.ver.ij.quia cōis.& consi.cxiiij.nu.9.Alex. in disput. incip. Sigismundus.ver.aut de iure canonico.& ver.nō obstat q̄d dicitur. Ias.ī l.quominus.nu.42.ff.de flum.Imo.ī c.cū Apostolica.ver. vlterius q̄ro,de his,quæ fi.à p̄lat.Roma.in l.vectigalia.ver.opinionem tñ vltimā.ff.de publi.Card.in cle.ij.in viij.q. de rebus eccle. nō alien.Fel.in c.si diligenti.ver.vnde ēt dixit.de pręscr.& in c.de quarta.ver.præterea habet,eodē tit.Balb.in tract.pręsc.in vj. q.ij. par.tertiæ par.prin.nu.27.& in vij.q.j.partis secundæ partis prin. Bolog.cōsi.lxxvij.Lofred.cōsilio xl.n.36.Hispa. in c. per vestras. de donatio.inter virū,& vxo.Chassa.cōs.xvj. ver. & etiam quia. Cur.Iun.cōsi.xx.nu.6.Rui.consi.cxj.vol.v. vbi loquitur de regalibus,vectigalibus,& collectis.

10 Et propterea talis cōsuetudo,seu pręscriptio tanti temporis operatur,vt in alieno territorio quis lignādi,& pascendi facultatē habeat,vt tradit Host.in c.dilecti.ver. quid si aliquis miles. vbi Io.And.in prin.& Ant.de Bu.ver.quid si miles.& ibi Abb. & alij. de arbi.quod duobus modis limitatur.

11 Primò,nam hoc procedit,quotiescunque talis præscriptio, seu consuetudo nō fuit violenta,aliàs secus,vt per oēs Doct. ꝓximè allegatos in c.dilecti.de arbi.Bert.cons.vij.versic. præterea quamuis.vol.j.in nouis.

12 Secundò limitatur,qn̄ ille locus,in quo quis præscriptione tanti temporis acquisiuit ius lignandi, vel pascendi, non habet tot nemora,vel pascua, quæ possint vtrisque sufficere,quia tunc semper dn̄s,vel vniuersitas loci,ꝯ quam fuit inducta talis pręscriptio,in tali casu esset preferenda,prout etiā declarant Docto.ī d. c.dilecti.de arbit.& tradit Bertrand.in dicto consi.vij.nu.4.volu. j.in nouis.

